Arlanibaeus, Godofredus, Abelinus

in publico defendet

Gustavus Droysen

ARLANIBAEUS. GODOFREDUS. ABELINUS.

SIVE

SCRIPTORUM DE GUSTAVI ADOLPHI EXPEDITIONE PRINCEPS.

DISSERTATIO CRITICA HISTORICA

QUAM

UNA CUM SENTENTIIS ALIQUOT CONTROVERSIS

VENIA ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

AD

DOCENDI FACULTATEM

RITE IMPETRANDUM

IN ACADEMIA FRIDERICIANA HALENSI CUM VITEBERGENSI

CONSOCIATA

DIE XXVII. M. OCTOBRIS HORA XII. A. MDCCCLXIV

IN PUBLICO DEFENDET

GUSTAVUS DROYSEN

DR. PHIL.

BEROLINENSIS.

SOCIO AD RESPONDENDUM ASSUMPTO

H. K. F. GOLDMANN STUD. PHIL.

Belli tricennalis pars ea, quae Gustavi Adolphi regis nomine tamquam protagonistae insignitur, nostra potissimum aetate historicorum ingenia et studia evocare non desiit. Etenim et gravissimae rerum vicissitudines angusto duorum annorum spatio inclusae, et ipsa Gustavi Adolphi facinora, dominationis incrementa, nominis mira quaedam maiestas materiem scripturis praebere videbantur dignissimam cui operam navarent. Neque temere, si quidem ex populari approbatione normam atque regulam scriptores sumendam sibi existimant, ut ampliorem sibi admirationem ambiunt, ita argumentum desiderant copiosius quam impeditius, in quo tractando magis historice scribendi artem quam critice quaerendi et inquirendi usum et acumen probent —: scilicet tale argumentum Gustavi regis memoriam praebere persuasum habent.

Accedit, quod de rege ipso deque eius consiliis ut aetas illa pro religionum partiumque diversitate diversissime iudicabat, ita etiam nunc suam quisque opinionem pro partium ira et studio probare et prae se ferre posse videtur. Nam augendi minuendi ornandi contaminandi memoriam Gustavi regis fontes ipsi eam praebent opportunitatem, ut tam laudatores quam obtrectatores nihil non firmare testibus aequalibus sinceris oculatis possint; quippe quibus, quae a singulis rerum scriptoribus suae opinioni congrue enarrata inveniant, plus ipsarum rerum veritate valeant.

Ita fieri potuit, ut vera Gustavi Adolphi regis memoria dubiis et controversiis quasi obruta fere latescat.

Ad quam historiam vere et ingenue restaurandam tum demum accedi poterit, cum omnes eius fontes severe examinati erunt. Quae quidem via, quam sit impedita et laboriosa, haud experto vix probes.

Impedimur iam eo, quod neque, quae sit fontium natura, satis disquisitum est, et primaria quam vocamus traditio non nisi ex reconditis atque disiectis reliquiis, iisque usque adhuc fere neglectis, colligi et redintegrari potest. Quae in archivis asservantur scripta publica, cur multo minorem, quam exspectaveris, fructum ad rem nostram afferant, infra apparebit.

Nuper[1]) de fontibus egi, e quibus belli tricennalis historia manat. Tria docui discerni posse scriptionum historicarum *(„geschichtliche Aufzeichnungen“)* genera haec: 1. Diaria *(Zeitungen)* .2. Relationes *(Berichte)* 3. Scriptores. E quibus generibus eae scriptiones, quae in primo et secundo loco posuimus, si ad tempus respicimus, proxime absunt ab ipsis rebus gestis, quas tam paucis intermissis diebus sequebantur, ut vernacula voce litteraturam quotidianam *(„Tageslitteratur“)* eas nominare possis. Ad has tertium quoddam genus referendum videtur, scripta dico polemica *(„Streitschriften“)*, quorum erat, ut non tam res ipsas traderent quam de iis iudicia ferrent, hominum opiniones dirigerent, animos captarent. Utut facta ipsa in iis exponuntur, normam atque rationem non habent historicam sed practicam; pertinent ex illius aetatis sententia ad ius publicum *(„publicistische Schriften“)*.

Praeter illam trium generum descriptionem, si quis eam, quam mihi proposueram, describendi rationem sequi noluerit, alteram inveniri posse, facile est intellectu.

Aut enim quaeritur, ad quem usque in restituenda rerum memoria gradum ascendi possit; aut eo animum advertimus, ut recognoscamus, qualem rerum imaginem aequales sibi informaverint; vel, ut accuratius dicam, aut ipsas res gestas, quantum fieri potest, eruere, aut hominibus et loco et tempore proximis quae fuerit rerum gestarum imago et quasi perceptio, cognoscere studemus. Vides quid velim. Altera rerum ipsarum articulos vel certe reliquias colligere sibi videtur, altera rerum summam in perceptionibus hominum inesse putat.

Suum utrique rationi commodum atque opportunitatem esse docet usus. Ubi de fontibus primariis diiudicandis agitur, primariam rerum perceptionem reliquiis graviorem esse apparet.

Hoc libello ex scriptoribus, qui Gustavi Adolphi regis expeditionem Germanicam tradiderunt eos censere volo, qui primi rerum nuper gestarum continuas enarrationes ediderunt.

Hi enim conceperunt et calamo descripserunt eam memoriam easque rerum imagines, quae ex ipsis rebus agendis et actis enatae et divulgatae erant, cum scriberent. Scripserunt, ut res omnes in unum quasi corpus colligerent summamque rerum uno tenore enarratam posteris traderent.

Ab ipsis rebus de quibus agunt, ut proxime absunt, ita earum veluti spiritum spirant et, ut ita dicam, vicinitatem olent. Neminem fugit, quid inter aequales hos scriptores intersit atque postumos. Utris maior sit scribendi ars, subtilior rerum aestimatio, acrior factionum diiudicatio, id ad nostram rem nihil pertinet: nobis sola valet tradita memoriae copia et ingenuitas.

Copiam aut raro aut nunquam scriptores, quos dico, aequales ex archivis hauriunt, sed ex divulgata rerum notitia.

Ingenuitatem non eam dico, quae inde probatur, quod scriptores gestas res singulas ex singulis, qui eos gesserint aut gerendis interfuerint, sua sponte

---

[1]) *„Forschungen zur deutschen Geschichte“* III. 3. p. 435 sqq.

anquisiverint; quam habent fidem et auctoritatem, ea inde enascitur, quod ex pagellis libellisque editis, quorum enumeravimus genera, rerum memoriam eos collegisse et uno deinceps tenore enarrasse probari potest.

Si quis igitur de fontibus expeditionis Gustavianae diiudicare vult, libellos illos quotidianos (qui instar rivulorum lamarumque sunt, unde fontes corrivantur) investigare et perscrutari debet.

Iam paucis tria illa quotidiana, quam dico, scriptionum genera illustrare licet.

1. Diaria publica iis, quae nostro aevo hoc nomine significamus, haud dissimilia sunt. Ut hodie, per certas dierum vices, suis quadam paginarum continuitate signata nominibus, vel numeris vel literis computata, eorum quae post paginam novissime editam facta erant edebant notitias undecunque litteris missas. Ad textum scriptorum diiudicandum nullius fere momenti sunt, nisi quid ex iis in relationes, quas vocamus, transiit.

2. Ut diaria, quantum fieri potuit, omnia certis temporum spatiis acta publici iuris faciunt, ita relationes unam potissimum rem gestam tractatamve illustrant. Atque hoc quidem non sine largitate quadam et omnium ipsius rei partium descriptione, quibus non raro opiniones judiciave scriptorum accedunt. Hae relationes ad textum scriptorum diiudicandum summi sunt momenti.

3. Contra libelli polemici a scriptoribus rarissime videntur adhibiti. Neque hoc mirum erit, ubi qualis illius aevi fuerit rerum gestarum narratio, respexeris. Scriptores enim ea tantum relatu digna habebant, quae facta erant; bella, tractationes, foedera, res mirabiles, omnia denique quae ad exteriorem rerum formam spectabant. Quo ingenio, quibus consiliis singuli singula egerint, quae causae, quae cupidines hominum animos moverint, non referunt. Si exteriorem formam respicimus, scriptorum opera similitudinem quandam prae se ferunt cum relationibus. Res gestae enim eodem fere ordine in iis tractantur, quo singulae res in relationibus proferuntur.

At quamvis inter scripta polemica et scriptores non talis ratio intercedat, qualis interest inter fontem et narrationem ex eo petitam, tamen quaestio movenda est, utrum res ipsae, quae in polemicis tractabantur ad historicorum narrationes componendas alicuius fuerint momenti necne. Aequales enim non res solum sed etiam doctrinas quasdam, quae ad rerum statum pertinere videbantur, summo studio tractabant; varietas sententiarum non sine acri et subtili ingenio in medium proferebatur, ut certamina inter Evangelicos et Catholicos, disputationes de ratione politica gentis Habsburgicae, de monarchia universali, et, quaecunque fuit, democratia universali docent. Publicistae diversas sententias suis verbis exponebant; quorum scripta ad animos scriptorum imbuendos et in sua quemque sententia firmandos et muniendos valuisse, quis est qui dubitet. Quod quidem vel tum foret dicendum, si ignoraremus non unum ex iis scriptoribus non scribendo solum sed etiam agendo rebus gerendis interfuisse.

Antea commemoravimus scriptores ad textum constituendum non diariis et polemicis usos esse sed solis relationibus. Sunt quidem, qui putent,

praeter has relationes etiam usos esse actis publicis ex ipsis archivis petitis. Cum enim haud raro acta publica ad verbum referant, talis opinio facile nasci poterat. Imo Londorpii „Acta publica“ ideo potissimum summa fruebantur auctoritate, quod totam actorum copiam ex ipsis archivis hausisse credebatur. Prima Londorpii „Actorum publicorum“ editio prodiit in quarto annuaque, et ita quidem, ut anni cuiusque novissimi acta uno volumine comprehenderentur. Sed quotquot acta, foedera, epistolas edidit, ad unum omnia ante edita fuisse, ipsa typis excusa exemplaria docent, ut quae cum ipsis mendis lacunisque, quas habent, reddiderit. Simili modo scriptores, quantum equidem video, quidquid actorum instrumentorumve proferunt, exemplaria ante edita sequuntur; archivis ipsis nihil debent.

Magnum horum actorum numerum in iis inveniri non est, quod miremur, nam ipsa acta, nisi fallor, cupidius emebantur et legebantur quam relationes; id quod ut per se intelligitur, ita inde apparet, quod pleraque compluribus editionibus ad nostram aetatem pervenerunt.

Qua scriptores via et ratione in adhibendis relationibus usi sint, pluribus exponi tum demum poterit, cum libelli isti quotidiani diligentius et accuratius comparati erunt. Quamvis non pauca sint, quae ipse ad hanc quaestionem maturandam comparaverim, tamen tantum abest, ut iam rem sane gravem absolvere possim, ut immaturam praetermittere satius visum sit. Sed inter ipsos, qui Gustavi expeditionem Germanicam tradiderunt, scriptores mira quaedam intercedit necessitudo, quam hac data scribendi opportunitate uberius illustrare liceat.

Primo loco de libro iterum iterumque edito agendum videtur, cui nomen est:

Arma Suecica.

Prodierunt libri primae editiones a. 1631. altera latina, altera germanica. Novae deinceps editiones et continuationes et latinae et germanicae exstant ex annis 1631—1634. Primum dicas opus historicum, quo progressus „Armorum Suecicorum“ Gustavo Adolpho duce narrantur.

Quo narrandi genere liber utatur, ex ratione apparet, qua se ipse quasi supplet continuationibus res posteras addituris. Nam ut editio in se auctior sequitur editionem proxime praecedentem, ita novissima quaeque continuatio ultimum, quod expeditio Gustavi Adolphi confecit, spatium comprehendit. Non enim ea scribendi arte usus est auctor, quae ex certa quadam sede contemplans rerum gestarum continuos decursus vere persequatur et exponat; imo similis est narratio hinc inde decurrens variae cuidam collectioni, ut viator in praetereundo obvia decerpit. Et quidem ita scripsit Arlanibaeus, vel is qui sub hac persona verum nomen abscondidit (de quo infra), ut inter libellos pagellasque, quas dicunt volantes, iam a. 1631 ineunte et medio in lucem datas, eas eligeret, quas aptas ad historiam componendam iudicaret, easque temere neque ullo interiore vinculo coniunctas compilaret.

Qua in re unum restat quod adiiciam. Videtur enim scriptor non satis amplam cognitionem litteraturae quotidianae habuisse, certe non talem, qualem habere debebat, ut omnes res graviores comprehenderet et rerum omnium notitias ex optime editis libellis hauriret.

Quaenam prima Armorum Suecicorum fuerit editio, certo vix diiudicari potest. Omnibus tamen argumentis perpensis mihi quidem dubium non est, quin latina editio fuerit princeps.

Prodiit sub titulo hoc:

I. Arma Suecica: | Hoc est, | Vera et accvrata | Descriptio Belli, quod Gustavus Adol|phus, Suecorum, Gothorum & Vandalo|rum, &c. Rex: contra Ferdinandi II. Ro|manorum Imperatoris, &c. exercitum in Germania hactenus gessit: qua eius caus|sae, initia & progressus hucusque | commemorantur; | Authore | Phil. Arlanibaeo, Philo-historico. |

Anno Domini MDCXXXI. 1631. |

apud Fridericum Hulsium. |

202 p. et 1 fol. 4°. titulus figuris ornatus aere incisis. In fine ed. ornamentum *α*.

Atque primum quidem mea sententia nititur eo, quod titulus latina lingua est confectus. Verosimilius enim videtur traditiones germanicas posteriores adhibuisse verba latina, quibus primae editionis titulus incipit, quam editiones germanicas titulum germanicum inaugurasse duobus verbis latinis.

Deinde attendendum est ad verba, quae leguntur in fine huius editionis. Et sunt quidem haec:

„Quo autem exercitus ipsius iter instituet, quid aggressurus sit, & quae deinceps gerentur, Lectori suo tempore optima, qua fieri poterit, fide, cum omnibus circumstantiis, Deo volente, communicabimus, cuius patrocinio ac fauori nos officiose commendamus.“

Haec verba non leguntur in editione germanica a. 1631 (II.) (cuius titulum statim afferam), quae sola, cum quaerimus quae prima sit, editio praeter latinam (I.), quam diximus, afferri potest. Ipsa autem verba tanti sunt aestimanda, quod tam distincte significent, qua ratione Arma Suecica sint confecta. In editione posteriore, quae non simplex apographum, vel simplex versio editionis illius latinae (I.) est, eo minus tali promissione opus erat, quo magis dependebat ab editione principe. Si e principe iterum typis erat expressa, paucis tantum mutatis, tam facile tum tantum continuari poterat, cum editio princeps promissionem, quam diximus, implesset. In ea igitur talis promissio minime tantum valere poterat, quantum in editione principe, quae, quanta fieri poterat, celeritate post certam partem expeditionis Gustavi Adolphi finitam in lucem prodierat, et cuius intererat, post aliam certam partem statim continuari. Ceterum editionem latinam (I.) promisso suo stetisse postea videbimus.

Exstat sane inter editiones germanicas a. 1631. una (de qua iam locuti sumus), quae pari brevitate atque latina est, cui tamen in fine verba illa desunt. Cuius titulus est:

(II.) Arma Svecica. | *Das ist:* | *Eygentliche und gründliche* | *Beschreibung* | *dess Kriegs, welchen Gu|stavus-Adolphus der Schweden, Gothen vnd* | *Wenden König. &c. wider der Röm. Kays. Mayst. vnd* | *Catholischen Liga Kriegsvolck, &c. In Jahren 1630.* | *vnd 1631. in Teutschland geführt, vnnd de|ren Vrsachen.* | *Alles durch fleissige Nachforschung vnnd beglaubten Bericht* | *biss auff Ihr Königl. Mayst. ankunfft ins Franckenland einnem-* | *vnd Eroberung der Bischofflichen Haupt Statt Würtzburg* | *sampt desselben vesten Schlosses, beschrieben.* |
Gedruckt im Jahr M. DC. XXXI.

160 p. 4° nihil habet picturae ornatusve.

Quae editio certe non est princeps. Quod quidem attinet ad brevitatem rerum narratarum et ad tempus, quo finem acceperit, putaveris fortasse eam antiquiorem esse quam editionem latinam prius nominatam, hanc autem quasi versionem latinam auctam et in fine quoque augmentatam. Nam ed. germ. II. finitur in narratione de capta urbe Herbipolensi, cui adiungit tria acta publica nullo modo inter se coniuncta. Primum (p. 157.) „Copia *Königl. Majest. zu Schweden, &c. Schreibens, an etliche Reichs-Städte in Francken, &c. abgegangen*" (d. d. „*Madenhausen den 1. Oct. An. 1631.*"); deinde (p. 158.) „*Von Würtzburg auss haben Ihre Kön. Majest. zu Schweden, &c. nachfolgend ernstlich Mandat an alle hoch vnd nidrige Kriegs-Officirer, wider das aussstreiffende Kriegs Volck publiciren lassen*", (d. d. „*im Hauptquartier Würtzburg, den 10. Octob. Anno 1831.*"); denique (p. 159.) „*Nach welcher sich ein Marcketender richten soll.*"

Iam igitur ed. lat. I. quamvis breviter tamen res ultimo Novembri a. 1631 gestas tangit, i. e. cum Herbipolis 8. Nov. capta esset tribus fere hebdomadibus ultra quam ed. germ. II. Continet primum actum publicum trium illorum in ed. germ. II. fine additorum, quod inscribitur (p. 193.) „Litterae Regis Sueciae ad ciuitates Imperii in Franconia." Sed deest in ea titulus Gustavi Adolphi, peroratio, nec non locus et dies, quae omnia tamen haud dubie si omnino exscripsisset editionem germ. II., pariter atque cetera desumpsisset. Pro brevi mandato publicato Herbipoli 10. Oct. 1631. praebet copiosum mandatum Herbipoli 26. Oct. 1631 publicatum (p. 194—197.). Tertium actum deest. Cum ceteris in rebus uterque textus conveniat, exceptis his ipsis actis publicis et paucis, quae postea indicabimus, non ab re videtur, coniicere, res illas, quas sola praebet ed. germ. II. in eam pervenisse ex litteratura diurna.

Summi momenti mihi videntur ea, quae tertia quaedam editio affert. Titulus huius editionis est hic:

(III.) Arma Svecica: | *Das ist:* | *Eigentliche vnd Warhafftige Beschreibung dess Kriegs,* | *welchen Gustavus Adolphus, der Schweden,* | *Gothen vnd Wenden, &c. König: Wider die der Röm. Keyserl.* | *Mayestät Ferdinandi II. Erwöhlten Römischen Keysers, in* | *Germanien, auch zu Hungarn vnd Boheimb, &c. Königs Armee in Teutschlandt geführet, dessen Vrsachen, Anfang, vnd was sich biss* | *auff gegenwärtige Zeit dabey verlauffen:* |

Alles auff fleissige Nachforschung, vnd glaubwürdigen Be- | richt, auffs trewlichste zusammengetragen vnd beschrieben | Durch | Phil. Arlanibaeum Philo-historicum: | Jetzo zum andern mal vbersehen, vnd vmb ein namhafftes | vermehret.

Gedruckt im Jahr nach Christi Geburt | M.DC.XXXI. |

(247 + 1. p. 4⁰.) In titulo habet ornamentum β; in fine p. 247. orn. γ.

Haec editio ante titulum, quem modo exscripsi, prorsus idem folium picturis et scripturis ornatum praebet atque ed. lat. I. in quo, ut sententias quasdam epigrammatum forma compositas transeam haecce inveniuntur:

Arma Suecica. | *Dass ist* | *Kurtze Beschrei|bung des Kriegs Zugs, so Gustavus Adolphus,* | *der Schweden, Gothen* | *vnd Wenden &c. König* | *in Tentschlandt* | *gethan.* |

by Friderico Hulsio zu finden | *in Franckfurt* | *1631.* |

Tenendum igitur has duas editiones a. 1631 (I. III.) non solum auctorem nominare „Phil. Arlanibaeum Philo-historicum", sed etiam eum, apud quem utraque prodiit, „apud Fridericum Hulsium"; „by Friderico Hulsio zu finden in Franckfurt."

Tenendum praeterea, quod in ed. germ. III. textum praecedunt quaedam verba „ad lectorem" (p. 5), quae sunt haec:

„DEmnach, günstiger Leser, die erste Edition dem Verläger, so selbige nicht mit geringem Kosten an sich bracht, von einem Missgönner vnd Winckel-Trucker nachgemacht, vnd nachgetruckt worden: Vnd aber solches Nachtrucken vnd vnehrbares Vornehmen, der Christlichen Liebe, ja aller Redlichkeit zuwider, Auch selbiger Truck diesem Newen gar nicht gleich, sondern vnvollkommen vnd mangelhafftig ist: So wölle der günstige Leser hiemit dessen erinnert, vnnd gebeten seyn, jetzt gemelten Nachtruckes sich zu enthalten: In Erwegung der jetzige Newe Truck nicht allein mit mehr newen Contrafaithen vnd Kupfferstücken gezieret, sondern auch vmb so viel mehrers augirt vnd continuirt, In dem verschienene Mess etlich Mandata, Rescripta vnd anders mehr, wegen kürtze der Zeit haben müssen verbleiben, vnd nicht können fertig werden, vnd nun erst darzu kommen seynd: Vnd dann auch, wegen Ihrer Königl. Mayest. in Schweden fernern Kriegszugs vnd andern gethanen Treffen der Zeit nach biss anhero continuirt vnd ausgeführt worden."

Intelligimus igitur furtivam repetitionem editionis lat. I., quae iam ante editionem germ. III. in lucem prodierat. Vix dubitari potest, quin haec repetitio furtiva sit ed. germ. II. Nam deest ei et auctoris nomen, et eius, apud quem prodiit.

Hae igitur sunt editiones Armorum Suecicorum, quae a. 1631. prodierunt.

1632.

Promissio, qua pollicita est ed. lat. a. 1631. (I) plura se de Gustavi Adolphi expeditione narraturam, executa est opere hoc:

(IV.) Armorum Svecicorvm | continvatio: | in quâ | breviter describuntur omnia ea, | quae a Serenissimo & Potentissimo Rege Sueciae Gvstavo Adol|pho, & aliis Principibus Protestantibus Confoederatis, | post pugnam Lipsensem in Imperio Romano me-| moratu digna gesta sunt. |

Sumptibus Friderici Hulsii, | Bibliopolae Francofurtensis. | Anno M.DC.XXXII."

(23 p.; 4°.) In titulo et fine habet ornamentum β. in narrationis exordio orn. ε.

Quacum convenit fere continuatio germ. sub titulo:

(V.) Armorvm | Svecicorvm | continuatio: | *Das ist*, | *Kurtze Beschreibung alles dess jenigen, was durch dess Durchleuch-* | *tigsten, Grossmächtigsten Fürsten vnd Herrn,* | *Herrn Gvstavi Adolphi,* | *Der Schweden, Gothen vnd Wenden Kö* | *nigs, Victoriosirende Armee, vnd anderstwo im Römi* | *schen Reich, durch der Evangelischen Protestirenden Chur- vnd Fürsten V* | *nirtes Volck, nach der Leiptziger Schlacht, denckwürdiges verrichtet worden:* | *Seithero Ihre Königliche Majestät zu Schweden am Rheinstrom glück-* | *lich angelanget: von dem Nouembri vergangenen, biss auff* | *den Martium jetzt lauffenden 1632. Jahrs.* |

Franckfurt am Mayn,

Bey Friderico Hvlsio zu finden. |

(46 p.; 4°.) In fine habet ornamentum β.

Hic textus, cum iam exstaret, nova operis editio sub titulo hoc:

(VI.) Arma | Svecica: | *Das ist:* | *Eigentliche vnd Warhafftige Beschreibung dess Kriegs;* | *Welchen* | *Gustavus Adolphus,* | *der Schweden, Gothen vnd* | *Wenden & König:* | *Wider die* | *Der Röm. Keyserl. Mayestät* | *Ferdinandi II.* | *Erwöhlten Römischen Keysers, in Germanien,* | *auch zu Hungarn vnd Boheimb, &c. Königs Armee in Teutsch*|*landt geführet, dessen Vrsachen, Anfang, vnd was sich biss auff* | *gegenwärtige Zeit darbey verlauffen:* | *Alles auff fleissige Nachforschung, vnd glaub*|*würdigen Bericht, auffs trewlichste zusammengetra*|*gen vnd beschrieben* | *Durch* | Phil. Arlanibaeum Philohistoricum: | *Jetzo zum andern mal vbersehen, vnd vmb ein namhafftes* | *vermehret.* |

Gedruckt im Jahr nach Christi Geburt, M.DC.XXXII. |

(287 p.; 4°) in p. 243 habet ornamentum γ.
Composita est ex immutatis editionibus III. et V., et quidem in pag. 245. expressis verbis dictum est hic incipere Armorum Suecicorum continuationem.

Praeter hanc copiosam editionem desiderari videbatur brevior narratio rerum ad id temporis gestarum. Haec narratio prodiit a. 1632. sub titulo hoc:

(VII.) Expeditio Svedica, | *Das ist* | *Warhafftige vnd Gründliche Erzehlung* | *des von dem Durchleuchtigsten vnd Grossmächtigsten Fürsten vnd Herrn,* | *Herrn* | *Gustavo Adolpho,* | *Der Schweden, Gothen vnd Wenden König, &c. In Teutsch* | *land im Jahr 1630.*

gethanen Kriegszugs: Welcher Gestalt vnd auss was | Vrsachen derselbe vorgenommen vnd angefangen worden vnd was sich darbey bis vff die | se Zeit sonderlich nach der nechsten, bey der Stadt Leiptzig, gehaltenen Schlacht, vnd also von | nechst abgewichenen Leiptzigischen Michaelismarkt 1631. bis zu aussgang des | Ostermarkts 1632. Denckwürdigs verlauffen vnd zugetragen. | Alles auss überschickten glaubwürdigen Send-Schreiben, vnd fleissiger | Nachforschung colligirt vnd beschrieben | Durch Phil. Arlanibaeum Philo-Historicvm. |

Gedruckt im Jahr nach Christi Geburt, M.DC.XXXI. |

(67 p.; 4⁰.) Ornamentis non ornata.

1633.

Primum afferenda est nova repetitio editionis I. accurate cum illa conveniens, eodem paginarum numero, sub titulo hoc:

(VIII.) Hoplophorus | Sueco-Regius, | Hoc est, | Methodica descriptio | rervm omnivm, | quas | Gustavus Adolphus | Magnus, Suecorum, | Gothorum et Vandalo|rum, &c. Rex: | Contra | Ferdinandi II. Romano | rvm Imperatoris &c. | Exercitum ab anno XXVIII. vsque ad XXXIII. felici & eheu! fatali successu in | Germania gessit; | Qua | eivs cavsae, initia et progressvs | hucusque commemorantur: | Authore | Phil. Arlanibaeo, Philo-Histor. |

Excudebatur Anno M.DC. XXXIII.

(202 p. + 1 fol.; 4⁰.) In fine habet ornamenta α et β.

Secunda sequitur continuatio anni 1633; et quidem eadem latina lingua et germanica.

(IX.) Armorvm | Svecicorvm | Continuatio; | Siue | series et de|scriptio omnivm | eorvm, qvae a Ser. Sueco|rum, &c. Rege, Gvstavo Adolpho, | & | Principibvs Germaniae pro|testantibus confoederatis, ab obsi|dione vrbis Donavverthae, vsq.; ad Autumnum | Anni 1632. gesta sunt. |

Anno Christi M.DC.XXXIII.

(34 p.; 4⁰.) In fine habet ornamentum α. in narrationis exordio orn. δ.

(X.) Armorvm | Svecicorvm | Continvatio: | *Das ist: | Fernerer Historischer | Verfolg der Siegreichen Expeditio|nen dess Königl. Schwedischen Kriegs in | Teutschland, &. Von | Eroberung der Stadt vnnd Passes | Donawerth an biss auff den Herbst | dess 1632. Jahrs. |*

Gedruckt im Jahr Christi, 1633. |

(43 p.; 4⁰.) In titulo ornamentum ε.

1634.

Denique prodiit anno 1634. continuatio et latina et germanica.

(XI.) Armorum Svecicorvm continuatio.
(42 p.; 4⁰.) (Exemplari quo usus sum prima pagina deesse videtur.) In fine ornamentum α, in narrationis exordio orn. δ.

(XII.) Armorvm | Svecicorvm | Continuatio ultima, | *Das ist: | Fernere Historische Be|schreibung der Siegreichen Expeditionen dess Königlichen Schwedischen Kriegs in | Teutschland. | Biss auff den Glorwürdigsten vnd Victoriosischen | Hintritt Ihrer Königlichen Majestät in Schweden: Auss dem Irr|dischen Tumult vnd Krieg, zum Himmlischen Tri|umph und Sieg: | Auffs fleissigst aussgeführt, vnd hiermit | beschlossen, &c.* |
Gedruckt im Jahr Christi, 1634. |
(68 p.; 4⁰.) In titulo ornamentum ε.

Iam igitur necessarium videtur tabulam proponere singularem editionum Armorum Suecicorum, adnotatis accurate nominibus scriptoris, bibliopolae apud quem prodierunt, et diversis emblematis seu ornamentis textui incisis.

		Autor.	Editor.	Ornamenta.				
I.	A. S. lat. 1631.	Arlanib.	Hulsius.	α.	—	—	—	—
II.	A. S. germ. 1631.	—	—	—	—	—	—	—
III.	A. S. germ. 1631.	Arlanib.	Hulsius.	—	β.	γ.	—	—
IV.	A. S. C. lat. 1632.	—	Hulsius.	—	β.	—	—	—
V.	A. S. C. germ. 1632.	—	Hulsius.	—	β.	—	—	—
VI.	A. S. germ. 1632.	Arlanib.	—	—	—	γ.	—	—
VII.	Exped. Suec. 1632.	Arlanib.	—	—	—	—	—	—
VIII.	Hoploph. Suec. R. 1633.	Arlanib.	—	α.	β.	—	—	—
IX.	A. S. C. 1633.	—	—	α.	—	—	δ.	—
X.	A. S. C. germ. 1633.	—	—	—	—	—	—	ε.
XI.	A. S. C. lat. (1634.)	—	—	α.	—	—	δ.	—
XII.	A. S. C. germ. 1634.	—	—	—	—	—	—	ε.

Ex hac tabula apparet 1) id unum ignorari, num ornamentum ε. vocatum ab Hulsio omnino sit adhibitum. 2) Cetera omnia ornamenta inveniri apud Hulsium. Num unum apud Hulsium dicere nequeo. Non tamen dubitaverim. Simile enim quam quod ε. nominavimus ornamentum reperitur in scripto volante, cuius titulus hic est:

Discurs | *Vom | Kriegs-Raub vnd Beut|ten, Darinnen nachfolgende Puncten ab | gehandelt werden:* |
I. *Was eygentlich rechtmessiger Kriegsraub sey?*
II. *Warumb derselbige zugelassen seyn?*
III. *Was vnrechtmessiger Kriegsraub seyn?*
IV. *Warumb solcher nicht zugelassen seyn?*
V. *Wem solch Rauben vnd Beutten zugelassen sey?*

VI. *Was mit dem erplünderten Raub vnd Beutten vorzu-| nemen seyn?* |
VII. *Ob vnd von wem derselbige ab- vnd einzukauffen seyn?*
VIII. *Was denen Beraubten vnd Aussgeplünderten hierbei | zuthun seyn?* |

Gestellet vnd zu männiglichs trewhertzigem | Vnterricht, auff sonderbahres begehren in den | Truck gegeben | Durch | Cunrad Dieterich, der H. Schrift. D. Vlmischer Kirchen-Superintendenten. |

Erstlich Gedruckt zu Heylbron, bey vnd in Verlegung | Christoff Krausen, 1634. |

(12 fol. + 126 p. 4°.)

Pauca sunt, quae iam hoc loco de textu Armorum Suecicorum adnotare possumus.

(a.) Editio germ. a. 1631. (III.) est translatio latinae (I.), quae a. 1633 sub novo titulo prodiit (VIII.). Nova editio continuatione aucta est ed. germ. a. 1632 (VI.). Haec ipsa continuatio (V.) translatio auctior continuationis lat. (IV.) est. A textu editionum I. III. VI. recedit ed. germ. a. 1631 (II.). Nisi eae causae, quibus supra probavimus hanc editionem apographum esse, firmissimae essent, non pauca proferri possent, quibus verisimile fieret hanc ipsam editionem esse principem. Praeter id, quod iam supra annotavimus eam sibi finem imponere paulo priori temporis momento quam ed. lat. I., adiiciendum est imprimis textum eius non tam amplum esse quam latinae. Sed hoc discrimen simili modo ortum esse potest, atque contractio textus latini, quam ed. germ., amplificatio textus germanici (II.) quam ed. lat. habet. Accedit quod ea, quae diversa sunt in utroque textu non talia sunt, ut ex eis certe diiudicare possis, utrum amplior textus prior fuerit an correptior. Desunt in ed. germ. II. loci aliquot ampliores (p. 53.) „Narratio de Andreae Kochtitzky Baronis morte Stettini in Suecorum castris“ (ed. lat. I. p. 45; ed. Germ. VI. p. 57.); desunt in ed. germ. II. (p. 70) „preces in castris Suecorum usitatae“ (ed. lat. I. p. 77; ed. germ. VI. p. 94): desunt in ed. germ. II. p. 46 verba haec: „Tunc etiam duodecim naues cum Batauo milite, qui in Frisia Orientali pro Rege conscriptus fuerat, Stralsundam appulerunt“ (ed. lat. I. p. 39.; ed. germ. VI. p. 49.). Et similia. Praeterea desunt singula verba; occurit varietas in aliis ita:

Ed. lat. I. p. 46.	Ed. germ. II. p. 54.
„Interea Dux Franciscus Carolus Saxo-Lawenburgensis, qui ad Suecos transierat, circa Hamburgum, Lubecam & in vicina magnam militum manum pro Rege Sueciae cogebat, ea mente ut Albim Caesarianos distraheret: Atque ob eam causam multa loca opportuna ad illum fluvium sita, Butzenburgum .... occupaverat. Ineunte Octobri quidam ex militibus consilium ce-	„Vnter dessen, samblete Hertzog Frantz Carl, von Sachsen Lawenburg, im Namen dess Königs in Schweden, vmb Hamburg, Lübeck, vnd der Orten viel Volcks, der Meynung an der Elb eine Diversion zu machen, Name zu dem End vnterschiedliche an diesem Strom gelegene Orte ein, sonderlich Bäutzenburg . . . Als aber bald darauff ihm Kundschaft zukam, dass der Kayserische Obriste Reinacher . . . “

perunt Schoenburgi intercipiendi [sequuntur nonnulla ad hanc expeditionem spectantia] .... Atque ita parum liquido auspicio res Lawenburgici procedebat. Cum ad ipsum allatum esset, Reinachum tribunum Caesarianum . . ."

Si omnino ex hac textuum differentia aliquid colligere licet, imprimis ea, quae ad omissa verba spectant, talia esse videntur, ut coniicere possis textum latinum in editione germanica contractum esse.

Editionis II. auctorem, cum editionem latinam converteret, simul eam commutasse, non mirum est, cum illegitime eam in vernaculum sermonem verteret. His enim mutationibus adhibitis editio nova ipsi auctori fortasse non merum videbatur furtum litterarium, sed opus novicium, quippe cui ex suo ingenio aliquantulum inspersisset.

(b.) Legitimae translationis auctor, quantumvis in praefatione apocrypham illam perstringit, tamen ea videtur usus fuisse. Nam pluribus locis eaedem voces, quibus apocrypha textum latinum reddit, in ea leguntur. Sic redduntur verba editionis lat. I. „ut ad Albim Caesarianos distraheret" ab editione germ. II.: *der Meynung an der Elb eine Diversion zu machen*", quod retinet ed. germ. III. Cuius rei exemplum luculentissimum praebet eorum in utraque editione germanica tenor verborum, quibus auctor praefatus est „Apologiam ducis Pomeraniae ad Caesarem, quare Regem Sueciae cum exercitu in primariam suam urbem Stettinum admittere coactus fuerit" (Dat. Stettino 14. Jul. 1630).[1])

(c.) Quin textus primae A. S. editionis a. 1631 (I), non textus ed. a. 1631 (III.) originalis sit, eo minus dubitari potest, cum ed. germ. III. ipsa se dicat esse secundam. Unde simul apparet inter has editiones tertiam non esse. E comparatione textus latini et germanici videbis eos plerumque inter se congruere. Itaque de iis haud dubium est iudicium.

(d.) Maiorem difficultatem movet quaestio de contin. IV. et V. anni 1632, quod quam primo adspectu tibi de ordine, quo altera alteram exceperit formaveris sententiam, ipsis textibus inter se comparatis non confirmatur.

---

[1]) Verba sunt haec:

textus edd. germ.	textus editionis lat.
Nach Auffrichtung dieser Bündnuss vnnd Einigung hat Hertzog Bogislaus ein Schreiben an die Römische Keyserliche Majestat abgeschicket, vnd darinn wie es mit dem Einbruch dess Königs in seine Lande, vnnd Impatronirung seiner Residentz Stadt Stettin hergangen erzehlet, vnnd dass Ihr Keyserliche Majestät solches, als ein nothtrüngenlich Werck, nicht in Vngnaden vermercken wolte, gebeten, wie dann solches alles in selbigem Schreiben zusehen dessen Copia also lautet . . ."	Hac foederatione & conuentione peracta, Dux Bogislaus litteras ad Caesarem dedit, quibus cum de Regis in suas ditiones impressione & occupato Stetino, Ducum Pomeraniae sede, certiorem fecit, rogans, ne sua Caes. Majestas id quod ex necessitate factum esset, in malam partem acciperet; sicut ex subiecto litterarum exemplo patet..."

Iam Cont. germ. V. multo in enarrationis tenore amplior est continuatione lat. IV. In hac non solum complures loci minoris momenti aut desunt, aut decurtati sunt, cuius rei hoc habes exemplum:

Cont. IV. (p. 5.)	Cont. V. (p. 6.)
„Serenissimus Rex Sueciae in arce degebat, vbi 26. Decembris, post habitam concionem à Concionatore suo Aulico, cantiunculam illam vsitatam canere iussit. Erhalt vns HErr bey deinem Wort, etc. Conserua nobis DEVS verbum tuum &c, Hispani . . . .“	„Der König wahre auff dem Schloss logiret, allda er den 26. Decembris auff Teutsch singen lassen: (Erhalt uns HErr bey deinem Wort etc. In der Schlosskirchen ist auff Schwedisch gepredigt, vnd der 103. Psalm (Nun lob mein Seel den HErren,) gesungen worden. Die Spanische . . . .“

Etiam maioris momenti loci aut desunt, aut ita exhibentur, ut excerptas esse haud immerito credas. Exempli causa conferenda est Cont. germ. V. p. 9. 10. a verbis *„Den 20. Januarii Abends“* usque ad verba *„vnnd verkaufen lassen“*, cum Cont. lat. IV. p. 7 a verbis „Die 12. Januarii“ usque ad verba „cum effigie“. Continuationis germ. V. caput, quod verbis *„Den 25. Febr. nach Mittag* . . . .“ incipit (p. 11), capita p. 13, quae incipiunt verbis *„den 16. Martii“* et *„den 15.“*, desunt in continuatione lat. IV. (p. 8; p. 9). Multo brevius continuatione V. p. 15 (*„Bald hernach ist die Statt Magdeburg* . . . .“) est ed. IV. p. 10. 11. Continuationis V. magnum caput p. 18 — 23 deest cont. IV. p. 12/13. Copiosior est cont. V. p. 32 (*„Den 29. Januarii“*) continuatione IV. p. 19. Et, ut alia praetermittam, patenta illa Gustavi regis (alterum d. d. *„Franckfurt am Mayn den andern Monats Tag February, im Sechzehen Hundert, Zwey vnd dreyssigsten Jahr;“* alterum d. d. *„in vnserm Königlichen Hauptquartir Kitzingen, den 16. Martii Anno 1632“*) in Cont. V. p. 40—45 accurate et in verbum edita, cont. IV. p. 22 23 paucissimis modo verbis refert.

Accedit quod, quae in cont. V. disertis verbis et certis numeris enuntiantur, cont. IV. ea laxius summatimque repetit. Sic:

Cont. IV.	Cont. V.
p. 4. „Rheinegauienses Ciues & incolae ingenti pecuniae summa mulctabantur.“	p. 4. „und haben die Landsassen müssen 45000 Reichsthaler erlegen.“
p. 4. „Ad 7. Decembris diem, Anni 1631 summo mane . . .“	p. 4. „Den 7. Decembris, morgens früh vor Tag vmb 6 Vhren.“
p. 6. „Suecicus Legatus, Marcus à Rhellingen, Argentorato discessit, cum comitatu suo.“	p. 8. . . . . ist der Schwedische Abgesandter, H. Marx von Rehlingen zu Strassburg mit 2 Compag. Reutern, vnd 300 zu Fuss auffgebrochen.“
p. 7. „ . . . cum aliquantisper ibi [i. e. Gellenhusae, a 13 Jan.] commoratus fuisset, Francofurtum rediit.“	p. 9. „Den 20. January Abends seynd die Kön. Mayest. zu Schweden . . . . . wieder nacher Franckfurt gelangt.“
p. 8. „Non procul ab Argentina, in Comitatu Hanouico Lichtenbergensi oppidum Willstattium . . . . .“	p. 11. „Eine Meil von Strassburg, in der Graffschafft Hanaw Lichtenberg, ist der Flekken Willstatt . . .“

Et talia saepe.

Omnes hae causae satis indicant, cont. germ. V. priorem esse continuatione lat. IV.

Propterea quod Hulsius in prima A. S. publicatione textum latinum prius promulgavit quam germanicum, ideo non est quod coniicias, eum etiam in sequentibus publicationibus eundem ordinem secutum esse. Non inepte putaveris, editiones germanicas, quarum prima illegitima illa (II.) erat, et legentibus gratiores latinis, et auctori, cum relationes, quibus fontibus usus est, tantum non omnes vernacula lingua scriptae essent, scriptu faciliores fuisse.

(e.) Hoplophorum nihil esse nisi novam editionem ed. lat. I., variato modo titulo iam supra dictum est.

(f.) De A. S. continuationibus a. 1633 et 1634 infra nobis dicendum est.

Priusquam ea, quae hoc loco de A. S. dicenda videntur, absolvam, paucis exemplis probabo ea, quae supra de fontibus illius operis disputavi.

Narratio de Hanovia a Suecis capta (ed. lat. I. p. 197; ed. germ. VI. p. 257.) ad verbum exscripta et conversa est e relatione cuius titulus est:

> *Extract | Schreibens, von da|to Hanaw den 3. Novemb. | st. v. 1631. | Darinnen warhaffter | Bericht, welcher gestalt die Statt vnd | Festung Hanaw den 1. Novembr. st. v. 1631 | von der Königl. Schwedischen Sol|dateska erobert worden. |* [1])

(4 fol.; 4⁰.)

Ed. lat. I. p. 72; ed. germ. VI. p. 88; „*Bericht von der Schwedischen Armee*" descriptum est a relatione:

> *Formular | der Bündtnüssen | So | Ihr Königl. Mayest. | in Schweden mit Ihrer Königlichen | Mayestät in Frankreich auffge- | richtet. |*
>
> *Item: | Relation | von der | Königl. Schwedischen Ar|mee, worinn die Regimenter zu Ross vnd | Fuss, die Kriegsdisciplin vnd Schlacht-Ordnung, vnd dann, | wie sich Kön. May. in Schweden gegen den Som|mer zu starken schon im Werck, nach | richtig enthalten | wird. |*

---

[1]) Haec narratio saepius pagellis volantibus repetita est: ita in

> „*Gründliche, vnd mit allen Vmbstenden auss|geführte | Beschreibung | welcher gestalt Kön. May. von Schweden | nicht allein die wolerbawte Festung Hanaw mit Ge|walt erobert, sondern was auch Ihr May. darauff ferner für Or|dinantz ertheilet, auch wie vnd wo beede grosse Armeen jetzo | gegen einander liegen. |*
>
> *Aus selbiger Stadt (Hanaw) selbsten vberschicket vnd | avisiret. |*

(4 fol. 4⁰.)

De capta Hanovia prodierunt etiam aliae relationes cum illa non congruae. Ita:

> „*Glücklicher Progress | der | Glorwirdigsten Victo|rien dess Grossmächtigsten Königs zu Schweden etc. | Krafft welcher | Ihre Königl. Mayest. die vest|berühmbte Gräffl. Stadt Hanaw, zw Mei|len von Franckfurt am Mayn gelegen, | den 1. No-| vembris styl. vet. erobert. |*
>
> *Beneben | Königl. Mayes. zu Schwe|den Mandat an den Fränckischen Kreyss etc. |*"

(4 fol.; 4⁰;) 1631.

Von einem vornehmen Kayserlichen | Reformirten Cavallier, welcher jetzo auss den Schwedischen Lagern vnnd Quartieren | kommen, soviel er darvon erfahren, berichten | thut. |

Beneben anderen Particula|riteten.

(8 fol.; 4⁰.) 1631.

Cuius relationis altera pars sub titulo:

Relation | von der | Königlichen Schwe|dischen Armee, worinn die Regimenter | . . . . . . so viel er davon erfah|ren, berichten | thut. |

(4 fol.; 4⁰.) 1631.

separatim edita est.

Accuratissime cum hac relatione (mihi praesto est relatio prius nominata) convenit textus ed. lat. I. et ed. germ. VI. Ed. germ. II. pauca additamenta praebet, quae iam eo facile dignoscuntur, quod unumquodque marginali aliqua nota est auctum.

Primo in additamento agitur „*Von der Finlender Sprach*"; secundo de „*Lapplander*". Quae additamenta non ad ipsam belli historiam respiciunt, sed, ut vides, occasione data extrinsecus curiosum lectorem edocent. Nec levior quaedam diversitas textus indigna est, quam memorem. Relatio dicit haec: „*Sehr wohl hat es jhm gefallen*" . . . similiter dicitur in ed. lat. I. p. 75; in ed. germ. VI. p. 93. Ed. germ. II. refert ita: „*Sehr wol hat es mir gefallen*". Textum relationis A. S. adhibuerunt tantum usque ad verba „*vnd man jhrer scharffen Stachel mehr dan gut, bald daselbst fühlen werde.*"

Sequitur in relatione capitulum, quod cum fons sit primi operis historici de Gustavo Adolpho, accurate afferam:

(p. k/l.) „*Geldt ist zwar wol etwas mangel, ich befahre aber, weil die Kayserl. May. ins Reich publiciren lassen, welcher gestalt sie die Stände zur Continuirung des Krieges, durch Versamblung der Kreyse collectiren lassen wolle, der Schwede werde sich darüber zum executorn vnnd Reichs Pfennig Meister ehe gebrauchen lassen, vnd finden ehe man es vermeynet. Wer den Krieg recht verstehet, vnnd alle Actionen die rechte Probe zu geben weiss, darff für die Geldt Mittel nicht sorgen, dahero Machiavellus wol recht gesagt: Geldt sey nicht nervus belli, wie auch wahr, weil ein recht formierter Krieg eine gute Geldtschmiede ist.*"

Qui locus, quanti momenti rem acu tetigerit, neminem fugit. A. S. eum praetermiserant, ut qui non tam id quod factum sit narret, quam quomodo agatur vel agendum sit, exponat.

Aliae relationes ad textum A. S. constituendum adhibitae sunt hae:

Caussae, | ob quas | Serenissimus ac Potentissi|mus Princeps ac Dominus | Dominus | Gustavus | Adolphus | Svecorvm, Gothorvm | & Vandalorum Rex, ... | tandem coactus est | cum exercitu in Germaniam | movere. | Stralsundi excussae. |

Mense Julio Anni M.DC.XXX. | Literis Ferberianis. |

(7 fol.; 4⁰.)

(latine et germanice saepenumero typis expressae.) cf. Ed. lat. I. p. 9; ed. germ. VI. p. 10; ed. germ. II. addit notitiam bibliographicam (p. 23)

„Dise Deduction ist erstlich in Lateinischer Sprach verfertiget, nachmals aber zu Straelsund in Teutsch übsrgesetzet vnd in Truck aussgangen.“

Nec non quae in ed. germ. VI. p. 57 sqq. narrantur de funere Stettini mortui *„Freyherr Andreas Kochtitzky“*, ut videtur, e relatione petita sunt. Nam praesertim de talibus rebus illius aevi homines accurate edoceri avebant.

De re Magdeburgica quae in A. S. narrantur, singulas sententias, tantum non omnes, ex pagellis editis repetitas esse probare possum: sed longum est.

Inventarium Sueciae.

Opus, quod inscribitur:

Inventarivm | Sveciae, | *Das ist: | Gründliche, vnd warhaffte | Beschreibung dess Kö|nigreichs Schweden vnd dessen In|corporirten Provintzien, darinnen von Natur vnd Eigen|schafft dess Lands.... | gehandelt wirdt: | In zwey Theil vnderschieden: |*

Deren der Erste handelt von Anfang der obangeregten Zeit, biss auff die Herr|schung Gvstavi Adolphi, dess nunmehr glücklich Regierenden vnd Triumphiren|den Königs der Schweden, Gothen vnd Wenden, &c. |

Im Andern beschrieben alle die Expeditionen, Verrichtungen, Sieghaffte | Schlachten, Eroberungen vnd Victorien, so höchst ermeldte Königliche Majestät biss auff | gegenwärtige Zeit durch Gottes Gnade erlangt. |

Alles GOtt zu Ehren, vnd der Warheit zu stewer, den Lieb-ha|bern aber der Alten vnd Newen Historien zu Gefallen verfasset, | Durch | Joh. Ludwig Gottfried.[1] *Mit schönen Kupfferstücken gezieret, vnd an Tag gegeben durch Friederich Hulsium. |*

Gedruckt zu Franckfurt am Mayn, bei Wolffgang Hofmann, | In Verlegung obgedachtes Hulsii. Im Jahr Christi 1632. |

omne divisum est in duas partes, quarum altera primo loco dedicationem ad Gustavum Adolphum scriptam, secunda praefationem quae *„Erinnerung an den Leser“* inscribitur, tertio textum (430 p.) habet; denique rerum indicem complectitur. Quae quidem prior pars ipsa duos habet tomos in titulo appellatos, quarum unus (p. 1—144) res a Suecis gestas usque ad Gustavi Adolphi aetatem, altera (p. 145—430) res a Gustavo Adolpho rege usque ad finem mensis Augusti 1632 gestas continet.

Dedicatio quidem conscripta est: *„Franckfurt am Mayn, den 16. September, dess Jahrs 1632“;* Enarratio ipsa autem res usque ad diem $^{21}/_{31}$ mensis Augusti 1632 factas continet. Cum ex his datis, tum ex nonnullis locis in praefatione ad lectorem tempus, quo Inventarium conscriptum sit, satis elucet. In praefatione leguntur haec:

---

[1]) de auctore vide infra.

„. . .wir haben vns hierinnen der kürtze befleissen, vnd solches alles gleichsam in diss enge Compendium einschliessen wollen, zum Theil es auch also machen müssen.

„Gewolt hat man, dieweil . . . .

„Gemüsst hat man, weil die vom Verläger fürgesetzte Zeit sehr kurtz gegriffen, vnd zu Verfertigung dieses Werckleins nicht vber vier Monat Zeit, neben andern dess Autoris Geschäfften, biss auff diese Franckfurter Herbst Mess dess Jahrs 1632. gegeben worden. Vnd diss ist eben die Vrsach, warumb wir dieses scriptum, nicht ein Chronicon Suecicum, oder Historiam, sondern Inventarium Sueciae genannt haben, weil einem jeden bewust, was die Natur vnd Beschaffenheit eines Inventarii sey, gestalt auch ein fürnehmer Frantzösischer Historicus ein Inventarium Franciae zu vnsern Zeiten geschrieben vnd publicirt.“

Ex his verbis apparet, non ante ver a. 1632, ac si urgemus quod auctor dicit in conscribendo se Inventario *„nicht über vier Monat Zeit“* habuisse, vel ineunte mense Maio, vel exeunte mense Aprili Inventarium Sueciae conscribi coeptum esse.

Altera pars, quae in p. 1 ante praefationem *„An den günstigen Leser“* titulum habet hunc:

> *Auszführliche und Eigentliche Beschreibung dess jenigen, was von dem Augusto biss zu End dess 1632. Jahrs zwischen den Königlichen Schwedischen, so dann den Keyserischen vnd Ligistischen Armeen vorgangen. Zum Andern Theil Inventarii Sueciae gehörig.*

ipsa nihil aliud est, quam quod verba in capitibus paginarum significant:

„Appendix *Andern Theils* || Inuentarii Sueciae.“

Continet exordium, enarrationem ipsam (p. 1—45), indicem.

In diiudicando Inventario Sueciae duae sunt res, ad quas non possumus, quin animum advertamus.

(a.) In praefatione enim ad lectorem, ubi auctor de fontibus, quibus usus sit, loquitur, haec verba sunt:

„Diesem nach, vnd weil vns nicht vnbewust, dass Veritas der rechte Zweck, ja die Substantz vnd Fundament einer Historien sey, als haben wir vns nach aller Möglichkeit dahin bearbeitet, dass wir der Sachen gewissen Grund haben möchten, dann den erzehlten Dingen in der Person beyzuwohnen, vnd alles mit den eusserlichen Sinnen zu begreiffen, will nicht sagen einem privato, sondern einem Menschen vnmöglich, haben vns demnach der einkommenden Berichte behelffen müssen, welchen der günstige Leser (der auch hierumb in bester Form, vnd auffs fleissigst gebeten wird) zuschreiben wölle, da sich etwas anderst, als es referirt, wider vnser Verhoffen erfinden solte. . . . .“

Quod supra omnes, vel quidem plerosque belli tricennalis scriptores fecisse diximus, in conscribendis libris omnino relationes iam typis expressas secutos esse, hoc loco ipse I. S. auctor se fecisse confitetur atque confirmat. Ipse igitur dicit, Inventarium fontem primarium non esse. Itaque quaerere nobis licet, qui sint fontes primarii, unde ipse hauserit; quomodo hausta in suum usum converterit?

(b.) Qua in re diiudicanda non paullum valet, quod apud quem Arma Suecica, quae res easdem atque altera pars Inventarii eiusque Appendix referunt, edita sunt, ut supra diximus, et ipsum Inventarium editum est. Quae quidem res satis mira videtur; et fortasse aliquid suspicionis cadit in Inventarii auctorem; is enim non tam novis, quos dicit „*einkommende Berichte*", libellis usus fuisse, quam opus illud ab eodem librario editum sincere exscripsisse videtur.

Ea textus Inventarrii pars, quae ad expeditionem Gustavi Adolphi respicit, multo copiosior est, quam textus Armorum Suecicorum.

Inventarii auctor non solum res gestas enarrare vult, sed narrationi ipsi descriptiones topographicas immiscet. De singulis fere urbibus, ubi aliquid memoratu digni evenit, excursum parvulum de situ, de origine, de statu politico etc. addit. Sic. p. 351 sqq. de Sveinfurto; paulo post (p. 352) de Bamberga agitur. Historia Lipsiae et Erfordiae narratur p. 343b, 355a; Rugiae insulae p. 233a, b. Quales descriptiones in Armis Suecicis omnino desunt.

Inventarii enarratio res a rege gestas altius repetit, quam Armorum Suecicorum; nam ut ipse dicit auctor, non tam Gustavi regis bellum Germanicum narrare, quam quae ad Sueciam pertinent „*Von Anfang der Regierung des Durchlauchtigsten vnd grossmächtigsten Fürsten vnd Herrn, Herrn Gustavi Adolphi . . . . biss auff vnsere Zeiten*" describere vult. Quae prior pars a p. 145 usque ad p. 216 extenditur, vel rectius usque ad p. 224. Nam p. 216 narratio belli Borussici finitur, quo loco verba leguntur haec: „*ehe dann wir zur Continuirung vnnd Fortsetzung desselben* (i. e. belli) *in Teutschland schreitten, wollen wir zuvor etlicher Vrsachen Meldung thun, welche viel Ständ dess Reichs bewogen, dass sie dess Sieghafften Königs in Schweden Ankunfft in das vber alle mass bedrangte vnnd in den letzten Zügen liegende Reich von Hertzen gewünscht. . .*"

P. 224 demum reperitur: „*Erwegung der Vrsachen warumb die Schwedische Armada aufs Reichs Boden kommen.*"

Hoc ipso loco Inventarium et Arma Suecica consentire inter se incipiunt; initio quidem nondum ad verbum. Haud praetermittendum est, quae ratio inter A. S. illegitimam editionem II. intercedat atque Inventarium; notandum praeterea est Inventarium verbosius esse editionibus A. S. legitimis.

Iam locum adscribam, ex quo appareat, quo modo A. S. ed. germ. II., ed. germ. VI., et Inventarium inter se consentiant.

A. S. ed. II.	A. S. ed. VI.	Inventar.
(p. 6.) „Ehe aber solch Schwedisch Kriegsheer in das Römische Reich eingebrochen, sind zuvor vnterschiedliche Schriften, zwischen den Churfürsten des Reichs vnd dem König gewechselt worden: Vnd zwar erstlich noch ehe der Stillstand in Preussen auffgerichtet, hat der König	(p. 4.) „Ehe aber solch Schwedisch Kriegsheer in das Römische Reich eingebrochen, seynd zuvor vnterschiedliche Schriften zwischen den Chur-Fürsten dess Reichs vnd dem König gewechselt worden: Vnd zwar erstlich noch ehe der Stillstand auffgerichtet, als eben der Obriste	(p. 224b.) „Anfänglich zwar ist aus vielen actis vnnd tractatis offenbar zu erweisen dass der König in Schweden . . . . allezeit die Compositions Mittel der Feindseligkeit vorgezogen, wie solches die mit den

im April des 1629. Jahrs an die Reichs Churfürsten ein Schreiben abgehenlassen, darinnen er angezeiget, aus was Vrsachen" u. s. w.	Arnheim mit der Keyserlichen Kriegshülff wieder jhn in Preussen ziehen sollen, hat der König im Jahr dess 1629. Jahrs an die Reichs Churfürsten ein Schreiben abgehen lassen, darinn er anzeiget, auss was Vrsachen" u. s. w.	Churfürsten dess Reichs gewechselten Schreiben zu erkennen geben, auch ehe der Stillstandt mit Polen auffgerichtet, vnd es eben an dem war, dass wider all verhoffen der Obriste Arnheim mit der Keyserischen Kriegshülff wider jhn in Preussen ziehen sollen, hat der König im April dess 1629. Jahrs an die Reichs Churfürsten ein Schreiben abgehen lassen, darinn er anzeiget, auss was Vrsachen" u. s. w.

Ab hoc loco Inventarii textus usque ad Martium mensem a. 1632 fere ex A. S. ed. VI. (vel III. et V.) pendet. Creberrime quidem textus ad verbum inter se consentiunt; non raro vero inter se differunt, qua de re paucis dicere liceat.

Jam supra dictum est, legitimas editiones (i. e. I., III., VI.) iis locis, quibuscum editio apocrypha (II.) non consentiret, hac esse copiosiores. Apparet Inventarium, apud Hulsium editum, quum Arma Suecica sequatur, legitimas A. S. editiones, apud eundem Hulsium editas, id est, copiosiores A. S. editiones sequi. Cuius rei pauca afferam exempla. In relatione „de portento Schwerini et Ostento Stettini" Inventarium (p. 278) aeque atque A. S. ed. lat. I., et A. S. ed. germ. VI. (p. 124) utrumque refert miraculum: A. S. ed. vero II. (p. 87) prius tantum narrat portentum Schwerini, ostentum Stettini omittit.

Sic, quae narrantur sub significatione „Dux Franciscus Carolus Saxo-Lauenburgicus copias cogit ad Albim pro rege Sueciae" (ed. lat. I. p. 46, 47; ed. germ. VI. p. 68; Inventar. p. 261; cf. A. S. ed. II. p. 54). Statim ab initio enarrationis huius deest in A. S. ed. II. mala illa nota, quae in A. S. ed. I. duci datur: „qui ad Suecos transierat", quae verba satis inepte et A. S. ed. VI. et Inventarium vertunt: *„so sich in Schwedische Dienste eingelassen hatte"*; quae ipsa concordia probat editorem A. S. inepte vertisse, et Inventarium eius versionem inepte recepisse. A. S. ed. II. Franciscum Carolum copias collegisse breviter, sed sine ulla ambage refert; A. S. ed. lat. I. interponit aliam relationem de insidiis in Schoenbergam factis, quam interpositionem A. S. ed. germ. convertunt, conversam autem ex A. S. Inventarium recepit.

Tertium exemplum addo, quo, quae supra dixi, optime probatur. A. S. ed. II. (p. 132) duo facta hoc titulo narrat: 1) *„Graf von Tylli zeucht mit der Kayserischen Armada gegen den König in Schweden"*; 2) *Drey Regiment Tyllische Reuter von den Schwedischen zu Angern, Borgstall vnd Rheindorff überfallen"*. Quae quidem facta etiam in reliquis et posterioribus A. S.

editionibus nec non in Inventario reperiuntur; sed multo copiosiore oratione.[1])

Saepius autem in Inventario res occurrunt, quas in A. S. haud reperies. Excursus topographicas iam supra memoravimus. Alia, quae multo minus aliena sunt, primum Inventarium praebet.

Imprimis res quaedam politicae nominandae sunt, quae quidem non necessariam partem Gustavi Adolphi expeditionis continent; sed si, qua ratione bellum illud Suecicum cum universae Europae rerum statu conjunctum fuerit, intelligere vis, facere non poteris, quin animum illis advertas. Sunt autem conventus cum Ratisbonensis (Inv. p. 256—258), tum (maxime) Lipsiensis (p. 288 sqq.) Enarratio conventus Lipsiensis sine ulla ratione textui inseritur his verbis: *„An diesem Ort erfordert die Zeit vnd Ordnung der geschichten im Reich, dass wir vor Eroberung der beyden Stätte, Franckfurt an der Oder vom König in Schweden, vnd Magdenburg durch den General Tilly, etwas von dem Leipziger Convent vnnd darauff gemachten Schluss Meldung thun, weil derselb ein Vrsach vieler Verenderung im Reich gewest, welche, wo nicht alle, doch den meisten Theil mit den Schwedischen Geschichten concurriren.“*

De hac tamen „concurrentia“ nihil invenies.

Aliquam quidem conventus Ratisbonensis mentionem Arma Suecica habent. Quorum breves adnotationes aequaliter atque Inventarii copiosior relatio, si subtilius animadverteris, non tam communem habent causam, quod rebus ipsis gravissimus erat is conventus, quam quod Gustavus Adolphus cum electoribus illuc convenientibus litteris commeabat. Quod de conventu Ratisbonensi memoratur, nihil fere est, nisi quod ad hoc litterarum commercium respicit; nihil autem quod ad eius conventus effectum ipsum attineat.

Supra memoravimus, Inventarium iis locis quibus A. S. editiones variae variam praebeant rerum copiam editiones sequi copiosiores. In aliis locis rerum in A. S. editionibus traditarum copiam aequalem Inventarium demum amplificat; sed ita amplificat, ut iis locis primariam A. S. copiam recognoscas. Res re vera novas Inventarium raro habet. (cf. A. S. ed. II. p. 38; A. S. ed. VI. p. 39; Invent. p. 243 b.)

---

[1]) Iam primum quidem A. S. ed. II. (p. 130 infra) cum A. S. ed. VI. (p. 203) ad verbum consentit („Der König begabe sich nachmals wider auff Brandenburg . . .“). Tum vero inter se differunt ut ex comparatione elucet horum verborum:

A. S. ed. illegitima.	textus edd. Hulsian. (A. S. ed. VI. et Inventar.)
„Von dar ging er wider zurück auff Jericho, welches die Schwedischen auch etliche Tage zuvor ausgeplündert hatten, liess etlich Volck daselbst vber die Elb setzen . . . . .“	„Von dar gieng er wider zurück auff Jericho, I. May. hatte damals die gesambte Reuterey vnd 2000 Mussquetirer bey sich, hatte einen Anschlag auff den Graffen von Pappenheimb, der . . . . .“

Sequuntur in editionibus A. S. legitimis: litterae Christiani Brunswicensis ad D. Salvium Hamburgi versantem, quibuscum non multum post A. S. ed. II. iterum consentit (a verbis: „Durch obangeregtes Beginnen des Königs in Schweden . . .“ A. S. ed. II. p. 206; ed. VI. p. 232.)

Saepenumero Inventarium rerum ab A. S. narratarum seriem turbat, resque alio ordine collocat. Ita leguntur paulo post litteras Electoris Saxonici ad Gustavum Adolphum scriptas (d. d. Ratisbonae 13. m. Aug. 1630) in A. S. (ed. II. p. 45; ed. VI. p. 47, 48;) haec, quibus Inventarium p. 246 a, b respondet:

A. S. (ed. VI.)	Inventar. p. 254.
p. 47. „Die Keyserische zwar verschantzten sich starck zu Görtz, vnd fieng es dieser Zeit an harte Scharmützel zwischen beyden Partheyen abzugeben. „Der König durchsah alle Brieff so von Stettin weggiengen: die (p. 48) Keyserische aber fiengen sie mehrentheils hernach zu Görtz gar auff, also dass man dieser Zeit nicht viel Newes gründlich erfahren kondte. „Vnter solchem Verlauff begehrte er von dem Churfürsten von Brandenburg zu wissen, (sqq. p. 48—49 diversa, quae in Inventario desunt.) p. 49. „Vmb selbige Zeit wurde zwischen den Keyserischen und Schwedischen gehandelt, wie es in Scharmützeln vnd Treffen vnder ihnen dess Quartier gebens halben solte gehalten werden: . . .“	„Die Kayserische Armada war dazumal in Pommern zertheilet, vnd waren sonderlich die zween Päss an dem Oderstrom Görtz vnd Griffenhagen wol besetzet, wie sie dann auch die zu Görtz ligende Garnison starck verschantzte, auch mit Aussfällen an sich nichts ermangeln liess, daher es etwas harte Scharmützel zwischen beyden Parteyen abgab, deren Partikulariteten doch, weil alle Brieff auffgefangen wurden, an vns nicht gelangen konten. Damit auch in diesem Krieg dess Blutvergiessens in etwas Mass vnd Ziel gesetzt würde, machten die Kayserischen vnnd Schwedischen Quartir gegen einander, wie es ins künfftig in Schlachten vnd Scharmützeln vnder ihnen gehalten werden solte . . .“

Consentiunt inter se Inventarium et A. S. editiones (VI.; vel III. et V.) usque ad Inventarii p. 397 b. Actum publicum in A. S. fine p. 284—287 traditum (Gustavi Adolphi mandatum d. d. *„Hauptquartier Kitzingen, den 16. Martij Anno 1632“*) reperitur in Inventario p. 396 a usque ad p. 397 b.

Sed Inventarium cum A. S. Continuationibus longe alia ratione consentit atque cum editionibus A. S. primis.

Respondet A. S. Cont. (V.) p. 245—287 (in ed. VI.) Inventarii p. 372 b —397 b. Revera illas paginas inter se consentire ut demonstrem, conferam initium Continuationis (p. 245) cum Inventarii verbis (p. 372 b). Verba quidem Continuationis (*„Nach erhaltenem Sieg . . . .“*) quae quasi exordium sunt, ut debent, in continua oratione Inventarii sunt ommissa. Deinde vero legimus in

Cont. (p. 245.)	Inventar. (p. 372 b, 373 a.)
„Nach dem sich nun Ihr Kön. May. auch der Stadt Franckfurt am Mayn genugsam versichert, 4 Fähnlein, vnter dem Obristen Vitzthumb, in Sachsenhausen eingelegt worden . . .“	„Damit wir aber wider an den Mayn vnnd Rheinstrom kommen, nach dem sich nun I. Kö. M. auch d. Statt Franckfurt an Mayn genugsam versichert, 4 Fähnlein, 600 Mann starck, vnter dem Obristen Vitzthumb in Sachsenhausen eingelegt worden . . . .“

Sed cum in principio textus fere ad verbum inter se consentiant, haud ita multo post duabus rebus differunt.

Ac primum quidem liberius scripta est A. S. Cont.; ita tamen ut Inventarium ab ea pendere fere semper bene dignoscere possis. Exempli causa legas velim Crucenaci expugnationem:

Cont. (p. 254.)

„Den 22. Februarii hat I. Kön. May. zu Schweden die Stadt Creutzenach mit Sturmb erobert: Es sind auch von den Bürgern die auff der Brücken wohnen, vnd in anderen Gassen auch etliche Handelsleut geplündert worden. Naher haben Ihre May. das Schloss vntergraben, vnd eine Mina springen lassen. Als nun die Spanische belägerten den Ernst gesehen, sich gleichwol tapffer gewehret, haben sie sich auff Gnad vnd Vngnad ergeben . . .“

Inventar. (p. 386b, 387a.)

„Vnlangst zuvor, nämlich vmb den halben Februarii, nachdem die Schwedischen sich der Marggraffischen Badischen Ort, Stollhofen vnd Rastatt, bemächtiget, hat der König von Mayntz auss, Volck vnd Geschütz nach Creutzenach commandirt, welche Statt der Churfürstlichen Pfaltz zugehört, vnd mit einer starcken Spanischen Guarnison besetzt war. Bald hernach hat höchstermeldter König von Schweden selbst gefolgt, beneben dem König von Böhmen, Pfaltzgraff Friederichen, Churfürsten, allda man der Statt mit Ernst angefangen zuzusetzen. Die Statt zwar ist mit Sturm erobert worden, aber die Besatzung in dem Schloss hat sich noch hertzhafft gewehret, vnnd ziemlichen Schaden vnder den Schwedischen Soldaten gethan, dass auch etliche Personen von Qualitäten geblieben seynd. Nachdem aber das Schloss vndergraben worden, vnd eine Mina gesprungen, welche jhre Operation ziemlich verrichtet, ist den Spanischen der Muth entfallen, dass sie angefangen zu Parlamentiren, vnd zuletzt sich auff Gnad vnnd Vngnad ergeben haben . . .“

Neque minoris momenti alterum est. In Inventario p. 389 haec reperiuntur verba: *„Es ist aber vnsers Vorhabens nicht, alle particularia dess Orts zu verfolgen, sondern mit den fürnehmsten zufrieden zu seyn.“* Quo in loco de re agitur, quae in A. S. Continuatione multo maiore copia et varietate narratur. Tales autem loci, quibus Inventarium ea ratione utitur, celebriores sunt; exempli causa in relatione de expugnatione urbis Egrae a Saxonibus. (A. S. Cont. p. 266; Inventar. p. 377a.) etc.

Quamvis levis illa supra memorata Inventarii professio videatur, tamen non fugit nos eam methodicam quasi differentiam inter suam Armorumque Suecicorum rationem significare. Nam ut ipsorum A. S. eorumque Continuationum interest, ut quam maximam rerum copiam afferant: Inventarii pars ea, quae cum A. S. ipsis consentit, nihil aliud velle videtur. At subito veluti consilio mutato in medio opere diversam auctor iniit viam: iam non rerum copiam sed rerum gravitatem amplectitur, pro ea eligit narranda, omittenda. Quae mutatio, quam quidem postea auctor disertis verbis indi-

cat, in re ipsa iam inde ab eo loco incipit, ubi Inventarium A. S. ipsa sequi desinit, id est: inde ab initio Continuationum.

Hac re necessario efficitur, ut Inventarium iam alium rerum ordinem proferat atque A. S. Cont. Si temere qualescunque res, ubiubi gestae sunt, pro sola temporum consecutione conseruntur, graviores vix discernuntur, ac ne vix quidem quid valeant intelligitur. Discernere quid gravioris, quid levioris momenti sit, is demum primus est gradus *τοῦ τρόπου πραγματικοῦ*, quem Polybius dicit.

Id quod de Inventario dici potest, quod quantumvis modica sint initia, prima pragmaticae de hoc bello scripturae initia fecit. Non iam, ut in A. S. Continuatione res variae, utut sive graves sive leves sunt, promiscue pro temporum continuitate se excipiunt, sed deinceps continuae res per singulas regiones gestae ennarrantur; quid exercitus per suas quique expeditiones gesserint aut passi sint, exponit auctor, quamquam durius narrationis partes conterit, quod quidem satis intelligis ex sententiis interpositis ut: *„Damit wir aber wider in Böhmen kehren"; „Ehe dem wir aber aus Böhmen abscheiden"; „Nun zu Verfolg der Historien zu schreiten ..."; „Ehe dann wir vns aber dahin* (i. e. *„auf Donawerth"*) *begeben, wollen wir zuvor etwas von der Statt Nürnberg sagen"; „damit wir vns aber wider in das Schwabenland, vnd vom Rhein an den Donawstrom kehren"*. Et talia saepe.

E comparatione A. S. Continuationis (V.) cum Inventario elucet, quam saepe ordinem plane novum earundem rerum Inventarii auctor conformaverit. Longum est exempla afferre.

Apparet ex iis, quae diximus non universum Inventarium ab A. S. eorumque Continuatione a. 1632 (V.) eodem modo pendere, sed versus finem suo consilio suaque indole auctorem scripsisse.

Nullo spatio intermisso 33 p. in Inventario sequuntur, quae res usque ad finem mensis Augusti a. 1632 gestas enarrant.

Exstat quidem A. S. continuatio, supra sub X. allata, quae eodem temporis spatio acta gestaque refert. Sed neque in titulo scriptum est eam sicut A. S. editiones et Continuationes priores apud Hulsium esse editam, et publicata demum est a. 1633. Inventarium ipsum autem non solum pariter atque A. S. editiones priores apud Hulsium editum est, sed etiam a. 1632 est conscriptum. De tempore autem *„von Eroberung der Stadt vnnd Passes Donawerth an biss auff den Herbst dess 1632 Jahrs"* praeter A. S. Cont. X. nulla exstat A. S. Cont. germanica. (idem atque Cont. germ. X. Cont. lat. IX. narrare supra iam dictum est.)

Quae cum ita sint, partes ita commutatae sunt, ut iam Inventarium eum locum auctoritatemque sibi vindicaverit, quem priore belli parte A. S. habuerunt. Id est: cum priores A. S. et editiones et Continuationes primum promulgassent enarrationem expeditionis Gustavianae, qua et ipse Inventarii auctor utebatur, inde a fine mensis Martii a. 1632 Inventarium primam enarrationem offert, quam A. S. Cont. X. sequitur. Quae quidem affinitas, quantum in diiudicandis quibusdam rebus valeat, postea videbimus.

Inventarii partem novissimam (p. 397—430) ut a Continuatione a. 1632 (V.) inprimis meliore rerum ordine differre, probavimus, ita Cntinuationem a. 1633 (X.) fere ad verbum sequi probandum est. Nam si quis coniicere vellet, Inventarii auctori forte placuisse in illis triginta paginis fontem commutare et variare (ut eius partem in se circumscriptam hanc esse appareat) et deinde sequentem partem (simili modo in se confectam) ad verbum exprimere, hanc opinionem quibus rationibus firmare possit, equidem non video.

Exstat quidem A. S. Cont. lat. (IX.), quae germanicam Cont. X. verbum pro verbo reddit, et quamquam neque auctorem neque editorem nominat, tamen duo ex ornamentis illis Hulsianis α et δ habet. Sed et hanc Cont. IX. a. 1633. ortam esse praescriptio docet. Jam tibi persuadebis, nisi Continuationis X. jam a. 1632 apud Hulsium editae exemplar proferatur, hanc Inventarii partem Armis Suecicis priorem esse. Imo ne tum quidem si proferri posset, actum de re esset.

Cont. IX. autem non editionem illegitimam illius partis Inventarii esse sed editionem legitimam Hulsianam, omisso tantum editoris nomine, ex ornamentis non inepte coniiciemus.

Quae cum ita sint, exempla afferre, quibus quae dixi, probentur, inutile videtur. Unum afferam locum, qui in Inventario tanto est copiosior, ut Inventarium priorem praebere textum probetur.

Inventar. (p. 407.)

„Den 9. diss, haben Ih. Mayest. . . . . .

. . . .

vnd sonderlich die zwölff aussgegrabene Apostel fortgeschickt.

„Diss ist beyläuffig das jenige gewest, das sich vermög vnderschiedlicher Berichten, bey vnnd nach Eroberung der Statt München zugetragen, dabey dann vnzweiffelich die Raach vnd Widergeltung dess höchsten Gottes sich befunden, der bey dem Propheten sagt, Wehe dir der du raubest, dann du solt wider beraubt werden. Also ist keiner dem HErrn der Raach zu hoch oder zu weit gesessen.

„Da es nun im Bayerland solcher gestalt wunderbar, vnd wider der halben Welt Gedanken hergangen, haben sich die Sachen in Schwaben etwas widerig ansehen lassen, damit ja das tückische Glück nicht allzu günstig were. Dann die Bawren am Bodensee . . . .“

A. S. Cont. X. (p. 15.)

„Den 9. diss, haben Ih. Mayest. . . . . .

. . . .

vnd sonderlich die zwölff aussgegrabene Apostel fortgeschickt.

„Da es nun in Bayerland solcher Gestalt wunderbahr hergangen, haben sich die Sachen in Schwaben etwas widerig ansehen lassen: Dann die Bawren am Bodensee, . . .“

Cont. X. res easdem eodem verborum tenore atque Inventarium, usque ad id tempus refert ubi finitur Inventarium. In fine tantum post narrationem ipsam et ante verba *„Gott allein die Ehr“*, haec Inventarii verba ei desunt:

„Vnnd weil wir mit diesen Historien biss hieher gelanget, vnnd vns für dissmal zu weiterer Continuation nicht Zeit gelassen wird, als schliessen wir im Namen Gottes, mit dienstlicher Bitt an den günstigen Leser, er wolle, daferrn wider vnseren Willen durch vngleiche Bericht, was wideriges referirt worden were, mit dem Vrtheil nicht zu streng wider vns verfahen, gleich wie wir geflissen seyn wollen, ein solches nach Möglichkeit in der Fortsetzung vnsers Wercks zu verbessern, dazu der liebe Gott Gnad vnd Segen verleihen wolle."

Simili promissione nulla illarum priorum A. S. editionum, quibus Inventarii auctor usus erat, carebat. Ex clausula quoque huius promissionis cernitur Inventarium in A. S. locum successisse et lectori in posterum e continuatione Inventarii primum rerum gestarum nuntium venturum esse.

Quae continuatio „Appendix" illa est, cuius titulum supra iam memoravimus. In Appendicis exordio haec verba leguntur: „ ..... *Als hat man vor nutzlich vnd notwendig angesehen, dass alles das jenige, wass von nechst vergangenem Augstmonats biss zu End dess 1632. Jahrs (in welchem Ihr. Kön. May. zu Schweden höchstselig abgeschieden) zwischen deroselben, vnd den Keyser: vnd Ligistischen zugetragen, aussführlich vnn eigentlich verzeichnet vnd beschrieben, auch gegenwärtigem Inventario zu continuiruug vnd vollführung desselben beygefügt vnd angehängt würde: Alles zu dem Ende, damit dem günstigen Leser ein genügen geschehen möchte,"*

Non ipsa quidem Appendix enuntiat se sicut Inventarium apud Hulsium esse editam, sed ipso Fr. Hulsii nomine in altera proelii Luzensis charta addito docemur rem ita se habere.

Neque magis ut de loco ita de tempore, quo conscripta sit Appendix, disertis docemur verbis. Sed iam ex temporis nota, qua Inventarium ipsum concluditur, quod Appendix loco supra citato nominat *„von nechst vergangenem Augstmonat"* coniiciendum est, Appendicem a. 1633 esse editam. Nam totius anni spatium inter res ipsas gestas editamque earum relationem intermissum et lectori taedio et librario detrimento fuisset.

Bene enim tenendum est A. S. nullam habere continuationem inde a mense Augusto a. 1632 usque ad Gustavi regis mortem, iam a. 1633 conscriptam. Sed Continuationes XI. XII., quae illas Continuationes a. 1633 (Cont. lat. IX.; Cont. germ. X.) excipientes res usque ad pugnam Luzensem gestas narrant, a. 1634 scriptae sunt. Ipsa quoque Cont. XII. aeque atque cont. illa a. 1633 X. et auctoris et editoris nomine caret idemque habet ornamentum (ε.) quod in ceteris editionibus Hulsianis non invenitur. Continuationem lat. XI. etiam ornamentis (α. δ.) Cont. lat. IX. maxime aequat.

Eodem modo se habet A. S. Cont. XII. a. 1634 cum Appendice, quo A. S. Cont. X. a. 1633 cum fine Inventarii. Prope ad verbum consentiunt, sed saepius Appendix copiosior est, subtilior in iis, quae affert, brevioribus tamen verbis.

Doleo, quod paucae earum relationum, quibus auctor Inventarii eiusque Appendicis usus est mihi in manum venerunt. Sed aliquot de pugna Luzensi, quas habeo, rem illustrant. Jam ex comparatione relationis, quae

inscripta est „*Warhaffte vnd eigentliche Relation* ....“ [1]), et cum Appendice et cum Cont. XII. apparet, Appendicem multo magis in verbum subtiliusque relationem sequi, quam continuationem.

Relat. p. a.

„Nach dem die Königl: Mayest. zu Schweden den 30. Passato mit dero Armee zur Naumburg angelangt, vnd der Feind zu Weissenfelss sich befunden, vnd es sich ansehen lassen, weil allda ein vester Pass, vnd er im Vortheil gelegen, als wann er Standt halten wolte, haben Ihre May: alsbald vor der Stadt Naumburg ein Läger vnd Retranchement verfertigen lassen, auff dess Feinds fernere Intention ein wachendes Auge zu haben, der hatt sich aber gleichsam flüchtig den 4. Nov. zu Weissenfelss weg gemacht, zuvor aber Schloss vnd Stadt geplündert, vnd sich nach Lützen 2 Meil von Leipzig gewendet, darauff Kön: May: alsbald den 5. drey Stund vor Tag zur Naumburg mit dero Armee sich auffgemacht, vnn den Feind noch selbigen Tag, vnd nach Mittag vmb 2 Vhr rencontrirt, jhn auch durch Spielung der kleinen Stück zurück getrieben, etlich Volck erlegt, vnd eine Standarta, darauff die Fortun vnd der Römische Adler gemahlet, von dess Feindes Tragonern bekommen, welches man auff vnserer Seiten vor ein gutes indicium gehalten, vnd hette man noch ein paar Stunden Tag gehabt: wehre der Feind meistentheils ruinirt worden, weil aber die Nacht vnd ein starcker Nebel eingefallen, ist es beyderseits still worden....“

Appendix p. 24.

„Demnach nun Königliche Mayestät zu Schweden dero Feindt zu begegnen, vnnd dessen verübten Enormitaten zu stewern, den 30. Octobris 9. Nouembris mit dero Armee zur Naumburg angelangt, der General Friedtländer aber zu Weissenfels selbst sich befunden, vnd es allermassen sich ansehen lassen, der Feindt, in Betrachtung dess etwas festen Passes vnd vielfältigen Vortheils, so er innen gehabt, stand halten, vnd eines Angriffs erwarten würde, derentwegen auch Ih. Königl. Mayestätt vor Naumburg ein Läger vnd Retrenchement verfertigen lassen, hat derselbe doch sich flüchtig den 4. Novembr. von Weissenfels erhoben, Statt vnd Schloss daselbst geplündert, vnd nach Lützen, zwo Meil von Leipzig sich gewendet: Welchen aber Kön. May. eylends gefolget, den 5. Nov. noch 3 Stund vor Tages von Naumburg auffgebrochen, vnd noch selben Tages Nach Mittag dem Feinde sich präsentiret, jhn durch Spielung grosser vnnd kleiner Stücke zurück getrieben, etlich Volck erlegt, vnd eine Standarta, darauff die Fortuna vnnd der Reichs-Adler gemahlet gewesen, von Crabaten vberkommen, vnnd were es noch zwo Stund Tag gewessen, were der Feind mehrentheils ruinirt worden, weil aber die Nacht vnd ein starcker Nebel eingefallen, ist es beyderseits still worden...“

Cont XII. p. 60.

„Hier zwischen hat auch der Durchl. König auss Schweden, nach deme er dess Feindes Anschläge vnd Gewaltthätigkeiten vernommen, seine gantze Armee, die er bey sich hatte, den 30. Oct. auf die Naumburg geführt, der Friedländer aber ist mit seiner Macht zu Weissenfels liegend blieben: Weil dann Ihre Kön. M. gesehen, dass der Feind einen guten starcken Pass einbekommen, welchen er nit leicht dann durch grosse Macht gedrungen verlassen würde, hat er bey Naumburg, eine starcke Schantzen vnd Batterien zu machen alsbald anbefohlen, damit er den Kayserischen möchte bastand seyn: Als solches die Feinde vernommen, haben sie Weissenfels mit dem Schlosse geplündert, vnn sich nach Lützen, 2. Meil von Leipzig sich begeben, welche der König eylens hat verfolgen lassen.

„Dann er ist von Naumburg mit der gantzen Armee auffgebrochen den 5. Nov. noch frühe vor Tage, vnd hat mit dem Geschütz dem Feind sich präsentirt, auch denselben damit so zugesetzt, dass er zuruck weichen vnd in die Flucht sich begeben müssen, da dann ihm viel niedergemacht vnd eine Fahne, darinnen die Fortun vnd dess Röm. Reichs Adler gestanden, von den Crabaten erobert worden: Es hetten gewiss die Keyserischen damals von den Schwedischen eine grosse

[1]) Confer. quae scripsi de proelio Luzensi (in „Forschungen“ mox edenda); ubi titulum relationis integrum invenies. Est quidem quam dixi „*Relation von* 1632“.

Niederlag erlitten, wann die Nacht nit so bald herein gefallen vnd ein dicker Nebel den vnsern hinderlich gewesen were: Ist derwegen bey so tunckeler vnlustiger Nacht, auff beyden Seiten nichts mehr fürgenommen . . . . ."

Appendix in narratione proelii Luzensis tanto copiosior est continuatione ut, si subtilius quaeris, rem bis narret.

Omnino desunt complures Appendicis loci in Continuatione; sic deest expugnatio urbis *„Niederehenheim"* (App. p. 2b).

Quae proelio Luzensi narrato in Appendice copiose referuntur (p. 28—45), sub finem Cont. XII. (p. 68.) paucissimis verbis temere comprehenduntur:

„Ob nun wol auch viel andere denckwürdige Sachen, nach dem Todt dess Glorwirdigsten Königs in Schweden, sich zugetragen haben, (in deme im Decemb. den 1. Tag die Stadt Kemnitz . . . . Den 19. die Stadt Zwickau durch Accord von den Schweden eingenommen worden,) Jedoch weil wir diese Relation biss auf dess Glorwirdigsten Königs Gustavi Adolphi, etc. Christlichen Andenckens, tödtlichen Hintritt zu continuiren bedacht gewesen, haben wir beruhen, vnd dieses Werck damit enden vnd beschliessen wollen. . . ."

Perducitur igitur ut Appendix, ita, quamvis breviter, Cont. XII. usque ad finem a. 1632.

Jam satis superque. Non solum designatio anni, quo Cont. XII. publicata est, sed causae etiam interiores docent, quae supra de Cont. XII. et Appendice dixi me recte dixisse.

Inventarium multo pluribus imaginibus quam A. S. ornatum est. Insertos habet, qui A. S. desunt, multos urbium prospectus elegantissimos, et urbium proeliorumque delineationes. Delineantur in altera Inventarii parte et in Appendice Francofurtum ad Moenum et aliquot urbes Francofurto aut vicinae aut frequente commercio coniunctae, Norimberga, Augusta Vindelicorum, aliae. Pugnas delineatas in Inventario habes modo Lipsiensem (7. m. Sept. 1631) et duabus chartis pugnam Luzensem. In altera delineatione pugnae Luzensis leguntur verba: „Fr. Hulsius Excudit." Iisdem verbis titulus Inventarii partis secundae Gustavi Adolphi imagine ornatus inscriptus est.

Idem Hulsius, ni fallor, qui bis suum nomen picturis adscripsit, omnes omnino in Inveutario picturas excudit, ut qui *„Mit schönen Kupfferstücken gezieret vnd an Tag gegeben."* Itaque Fr. Hulsii tabulae chartaeque de Gustavi Adolphi expeditione in Germania primae sunt.

Nunc demum, A. S. eorumque Continuationum textibus cum Inventario

Sueciae eiusque Appendice comparatis ad quaestionem de auctore et A. S. et Inventarii redeundum est.

A. S. et Inventarium, uti vidimus, hac ratione inter se cohaerent:

A.

Narratio usque ad 26. m. Martii a. 1632.

fons: { A. S. lat. 1631. I.
{ A. S. germ. 1631. III.
{ A. S. C. lat. 1631 VI.
{ A. S. C. germ. 1632. V.
} A. S. germ. 1632. VI.

derivatio: Inventar. p. 145—397b.

B.

Narratio ab 26. m. Martii a. 1632 usque ad finem a. 1632.

fons: { Inventar. p. 397b usque ad finem.
{ Appendix.

derivatio: { A. S. C. lat. 1633. IX.
{ A. S. C. germ. 1633. X.
{ A. S. C. lat. ?(1634) XI.
{ A. S. C. germ. 1634. XII.

Totum ergo et A. S. ipsorum et eorum Continuationum textum in Inventario conjunctum habemus. Et quidem editiones, quae nomen eius, apud quem prodiere, inscriptum habent (ut supra demonstratum est) fontes sunt Inventarii; quae nomen eius non habent, fonte utuntur Inventario (quod et ipsum supra demonstratum).

Apparet igitur totum textum primarium de Gustavi Adolphi expeditione Francofurti apud Hulsium prodiisse. Licet dicere Hulsium hoc textu primario ita usum esse, ut inde duo simul opera conformaret et ederet; alterum opus intermissis certis temporis spatiis (i. e. A. S.); alterum eo consilio ut totam expeditionis historiam praeberet (i. e. Inventarium).

Quae cum ita sint, ad sententiam adducor, utrumque opus, ut ab eodem librario editum est, ita ab eodem auctore scriptum esse. Sive coniicis, A. S. Continuationem IX. et X.; et XI. et XII. novas editiones illegitimas Inventarii eiusque Appendicis esse (ut A. S. ed. II. editio illegitima A. S. ed. I. est); sive editorem Continuationum IX. et X.; XI. et XII. auctorem ideo non nominasse quod Arlanibaeum nominare non poterat, cum ab eorum fonte (Inventario) alius auctoris (Godofredi) nomen iam appellatum esset, et quod Godofredum auctorem nominare iis non licebat, cum priores A. S. editiones Arlanibaeum auctorem confessae essent —: in utraque coniectura tenendum est, idem opus, quod usque ad mensem Martium a. 1632 Arlanibaeum auctorem prae se fert, in editione posteriore, quae res inde a mense Martio a. 1632 usque ad Gustavi Adolphi mortem gestas prima addit, Godofredum auctorem nominare.

Supra iam diximus „Phil. Arlanibaeum Philo-Historicum“ fictum nomen videri. Postea demonstrandum erit, etiam Godofredi nomen ficticium esse.

Theatrum Europaeum (tom. II.)[1]

Inter viros doctos convenisse videtur, Theatrum Europaeum ex aliis fontibus iam typis expressis derivatum esse; iisque relationibus paginisque volantibus. Quod quidem, num verum sit, ac potius quomodo recte dictum sit, mihi quidem diiudicare per studia mea nondum licet. Qua re dubia tantum abest, ut Theatri Europ. auctoritatem in dubium vocare nolim, ut secundarii quidem fontis dignitatem, quantum quidem res Gustavianas attinet, ei attribuam.

Theatr. Europ. tom. II. in narrandis rebus Gustavianis, si leviora praetermittis, eundem ordinem sequitur, iisdem fere verbis utitur atque Inventarium Sueciae. Non quidem desunt immutationes, amplificationes, exaggerationes; sed iam talia olent theatrum.

Longum est omnem Theatri Europ. et Inventarii ab initio usque ad finem concentum longe lateque demonstrare. Sufficit aliquam partem exempli instar persequi. Eligo Gustavi Adolphi adventum in Pommeraniam. Legimus in:

Inventar. p. 236a.

„So bald der König auss dem Schiff ans Land getreten, fiel er vnder dem freyen Himmel auff seine Knie nider vnd danckte Gott, der jhne auff dieser gefährlichen Reyse bewahret vnd glücklich daselbst angebracht hette, ruffe jhn auch ins künfftig vmb seinen Schutz, Trost vnd Hülff an, dadurch die Anwesende hohe Officirer vnd Rhäte also afficirt wurden, dass jhnen die Tränen aus den Augen fielen, der König aber, nach vollendtem Gebet, redet jhnen getrost zu, sie solten nicht weynen, sondern mit jhm beten, dazu er dann diese denckwürdige Wort gebrauchte, Wol gebetet ist halb gestritten vnd gesieget."

Theatr. Europ. II. p. 236b.

„So bald er aus dem Schiff auffs Land getreten, ist er unter dem freyen Himmel auff seine Knie niedergefallen, und gantz eyfferig und inbrünstiglich gebetet, und GOtt gedancket, dass er jhn glücklich dahin gebracht, mit diesen Worten: Ach GOtt, der du über den Himmel, als auch über die Erden und das wilde Meer herrschest, wie soll ich dir immer dancken, dass du mich in diese gefährliche Reise so gnädiglich beschützet hast? Ach ich dancke, Ach ich dancke dir von innersten Grund meines Hertzens, und bitte, wie du weissest, dass dieser mein Zug vnd Intent, nicht zu meinen, sondern einig und allein zu deinen Ehren, und deiner armen bedrängten Kirchen zu Trost und Hülff angesehen und gemeynet, du wollest mir auch, so fern das Stündlein, so von dir bestimpt, vorhänden, ferner Gnad und Segen, sonderlich aber gut Wetter und Wind verleyhen und bescheren, darmit ich meine hinterlassene Armada, die ich aus mancherley Nationen und Völckern versammelt, mit frölichen Augen bald bey mir sehen, und dein Heilig Werck fortsetzen möge. Amen.

„Als nun die Königliche Officirer und Räthe indessen aus den Schiffen auch auffs

[1]) Sequar editionem anni 1679.

Land kamen, und Ihre Mayestät also beten sahen, und Ihre inbrünstige Worte höreten, gieng es ihnen durchs Hertz. und konnten sich ihrer viel des Weinens nicht enthalten. Wie solches der König in acht genommen, sprach er zu ihnen: Weynet nicht, sondern betet von Grund eurer Hertzen inbrünstiglich, je mehr Betens, je mehr Siegs, dann fleissig gebetet, ist halb gestritten und gesieget."

Sequitur narratio de capta insula Wolgastia (Theatr. Europ. p. 236b —237a), quae nihil est nisi aliter disposita et amplificata narratio Inventarii p. 236a, b.

Similiter se habent, quae dicuntur de literis et a Torquato Conti et a Gustavo Adolpho ad magistratum &c. Stettinensem scriptis. Conti scribit:

Inventar. p. 237b.	Theatr. Europ. p. 236b.
„weil sie ja kein Kayserische Guarnison einnehmen wolten (dann solches schon etlich mal vergeblich an sie gesonnen worden) als solte sie in Kayserlicher Devotion verbleiben, vnd auch kein schwedisch Volck einnehmen."	„weil sie kein Kayserisch Volck einnehmen wolten, solten sie in der Kayserlicher beständigen Devotion verbleiben, und auch kein schwedisch Volck einnehmen, dann er ihnen, da es die Noth erforderte, Succurs zuschicken wolte."

Gastavus Adolphus scribit:

„sie solten der Kayserischen allerdings müssig gehen, vnnd sie von sich abweisen, vnnd auf den Fall, da sie ja darzu gezwungen werden solten, so were er gesinnet, jhnen mit aller Macht beyzuspringen."	„dass, da ihnen Gewalt von den Kayserischen angelegt werden solte, er ihnen mit Macht zu Hülff erscheinen wolte."

In extensa illa Theatri Europ. narratione (p. 238—244) de occupatione Stettini facile cognoscis tenorem Inventarii (p. 237—243), quod iam ex comparatis illis verbis *„Wegen solches Contrari-Windes mit gebogenen Knien und erhabenen gefaltenen Händen hertzlichen gebetet,"* et eius ipsa precatione; nec minus e narratione de proditione Quinti centurionis (Theatr. Europ. p. 246a, b; Inventar. p. 246a) satis elucet.

Narratione occupationis Stettini finita, Inventarium (p. 245—254) ad res Magdeburgi gestas transit; Theatr. Europ. (p. 245b) statim expugnatam a Suecis Pasewalckam multis verbis narrat, quam rem Inventarium (p. 254b sqq.) moderatius refert. Inter alias res, quas omisit, etiam urbis Pecun depopulatio est. Quae pauca de rebus Pasewalcensibus in Inventario reperiuntur, ad verbum fere in Theatro Europ. redeunt.

Et talia saepe.

Quo cum concentu Theatri Europ. Inventarioque minime dissentit, si concedimus Theatrum Europ. praeter Inventarium etiam relationibus literisque publicis usum esse: et quidem tam iis relationibus, ex quibus auctor Inventarii iam hauserat, quam aliis, quae ei aut ignota erant, aut nullius pretii videbantur. Spatium duorum annorum, per quos colligendis rela-

tionibus, pagellis quotidianis, literis publicis operam daret, in Theatri Europ. auctorem scrinia multa conferre poterat.

Hanc autem rem satis amplis exemplis demonstrare per obscuritatem literaturae quae tum erat diurnae nondum licere supra iam dixi. Ex compluribus locis, qui me ad illam opinionem adduxerunt, unum tantum adiicere non praetermittam.

In ea Inventarii parte, in qua de occupatione Magdeburgica agitur Inventarium, ut supra dictum est, Arma Suecica sequitur. Arma Suecica autem in narrandis rebus Magdeburgicis inter alias relationem *„Copey“* [1]) sequuntur. Iam ex comparatione quatuor textuum apparebit, quo modo Theatrum Europ. Inventario et relatione illa *„Copey“* usum sit:

Copey.	A. S. VI. p 143.	Invent. p. 308.	Theatr. Europ. p. 358.
„Da der Capitain Bosse vermercket, dass er sich vor solcher Gewalt und Macht, vor welche auch dieses Werck nicht gebauet, sintemal es lauter Sand, und viel geringer war, als die Wercke an der Bünauer Brücke, nicht schützen könnte, hat er mit dem Tilly accordiren, und sich mit allen seinen Soldaten, derer in die 50. benebst 4 Stücken bald gefangen geben müssen. So er ihm aber einen Ruhm erjagen, und seine Soldaten nicht verschonen wollen, hätte er von Tilly noch wohl einen Sturm erwarten, und ihm viel Volkes zu nichte machen können. Der Lieutenant desselbigen Ortes. . . .“	„Wie nun der Capitain Böse vermercket, dass er sich vor solcher Gewalt, als vor welche dieses Werck nicht gebauet, sintemal es lauter Sand, nicht schützen könnte, hat er accordiret, vnd sich mit allen seinen Soldaten, deren in die achtzig beneben vier Stücken, gefangen geben. Ein Leutenant selbiges Orths. . . .“	„Als nun Capitän Bose, der in der Schantzen das Commando hatte, vermerckete, dass er solche Schantze, welche lauter Sand, vor solcher Macht nicht erhalten konte, hat er mit den Keyserischen accordiret, sich mit 80 Soldaten vnnd 4 Stück Geschütz gefangen geben. „Den 31. Martii haben sich die Keyserischen . . . . .“	„Als nun der Capitain Böse so in gedachte Schantzen lag, vermercket, dass er vor solcher Macht, für welche auch dieses Werck nicht gebauet, sintemal es lauter Sand, Ind zwar gering und schlecht verwahret war, nicht bestehen konnte, hat er mit dem Grafen von Tilly einen Accord getroffen, und sich mit allen seinen Soldaten, deren in die achtzig, beneben vier Stücken Geschütz gewesen, gefangen geben. Wann er aber einen Ruhm davon tragen, und seiner Soldaten nicht verschonen wollen hätte er noch wohl einen Sturm erwarten, und etlich Tyllisch Volck zu nichte machen können. Welches ein Magdeburgischer Leutenant gethan . . . .“

In diiudicanda Theatri Europ. auctoritate non praetereundae sunt Chartae

---

[1]) Cf. ***„Forschungen z. D. G.“*** III. 3. p. 585. No. 15. Textum relationis *„Copey“*, quum editionem originalem promptam non habeam, Calvisii editione afferam.

geographicae, proeliorumque tabulae textui adiectae. Numero quidem superant chartas et tabulas in Inventario editas, velut tabulam, qua Magdeburgum tempore obsidionis pictum est, Inventarium non habet. Longe gravissimae autem Theatri Europ. chartae sunt eae, quae non tam locorum delineationem quam res ipsas, ut ita dicam, historicas describant; in iis non situm aliquem sed actionis momentum delineat Theatrum Europ.; in iis, ut ita dicam, rem ipsam, non quidem verbo sed imagine refert —: sunt quidem charta de proelio Lipsiensi, duae chartae de proelio Luzensi. At hae ipsae chartae merae sunt copiae trium chartarum, quae in Inventario inveniuntur.

De auctore.

A viris doctis, qui nostra aetate de belli tricennalis sive historia sive fontibus scripserunt, praetermissam video quaestionem, quam eruditio aetatis a bello tricennali propius distantis iterum iterumque tractabat. Neque vero ideo nunc praetermittitur, quod absoluta et exstincta est, sed non soluta in oblivionem ivit et silentio praeteritur.

Abelinus traditur saepius nomine Joh. Ludw. Godofredi usus esse. (Vid. cont. Joecheri; *Baumgarten Nachrichten IV. 22 Stück. Oct. 1753. p. 323; Häberlin-Senckenberg* al.) [1])

Quae traditio a viris in re literaria biblographicaque probatissimis saepius repetita, quamquam quaestionem non absolvit, tamen digna est, ad quam diligentius attendamus.

Jam in operibus, de quibus agimus, ipsis non desunt argumenta, quae illius traditionis fidem graviter firment.

Theatri Europ. tom. I. a. 1635, tom. II. a. 1637 primum editi deinceps saepius edebantur. Jam anno 1646 tomus II. inscribitur *„zum dritten mal in Truck gegeben."* In editione tomi I. a. 1643, qui etiam praefationem illam Francofurti ad Moenum 10. Sept. a. 1634 datam Meriani nomine subiecto repetit, Wolfgangius Hofmannus typographus appellatur. Eadem officina typographica est unde Inventarium Sueciae prodiit (*„Gedruckt zu Frankfurt am Mayn, bey Wolffgang Hofmann."*)

Eadem ipsa officina etiam Godofredi Chronicum Historicum (ed. a. 1657) typis excudendum curavit: *„An Tag gegeben vnd verlegt durch Weyland Matthaeum Merianum Seel. jetzo dessen Erben. Gedruckt zu Frankfurt am Mayn, In Wolffgang Hoffmanns Buchdruckerey."* Huius editionis (a. 1657) praefatio data est 28. Martii a. 1642 et nomine Mariani subscripta.

Ut eandem officinam typographicam priores Theatri Europ. (tom. I—II.) editiones atque Inventarium Chronicumque Historicum prae se ferunt, ita eiusdem bibliopolae sumptibus prodierunt. Nam ut Godofredi Chronicum

---

[1]) Omitto, quod sine ullo argumento adhibito Chr. Gryphius (dissert. isag. de script. hist. secul. XVII. illustr.) dicit, Theatri Europaei secundum iam tomum a Joh. G. Schledero compositum esse.

historicum ita Abelini Theatrum Europaeum „*Frankfurt am Mayn, In Verlag Matthäi Merian, Caspar Merian und Thomas Matthias Götzens sel. Erben*“ prodiit.

Godofredi Chronicum hodie in oblivione jacet. Sed quod sub finem dicit in memoriam revocare iuvat:

„*Weil wir nun biss auf das End der Regierung Matthiae gelanget, wollen wir im Nahmen GOTTES dieses Werck hiermit beschliessen, vnnd den günstigen Leser, so sich gleichfalls in Durchsehung der Geschichten, die in den folgenden Jahren bey Kaysers Ferdinandi Secundi Regierung hin vnnd wider sich zugetragen, zu belustigen gesinnet, auff unser Historisches Werck, so wie unter dem Titul Theatri Europaei bereits an das Licht kommen lassen, verwiesen haben.*“

Jam vides cur Theatrum Europ. tomos suos singulos nominet partes („*Theile*“) „Theatri Europaei, *das ist: Historischer Chronik...*“; atque cur in praefatione „ad lectorem“ M. Merianus d. d. 8. Sept. a. 1645 (in editione Theatri Europ. tom. II. a. 1679) scribat: „*Wann ich aber bisshero verspüret, dass angeregt historisches Werck und Chronicon dem Leser, so wol gelehrten Leuten, als dem gemeinen Mann, nicht wenig angemessen, und aber der Author desselben solches nicht länger, denn biss auff das Jahr 1618. continuiret, als habe ich, unangesehen, dass es viel Mühe und nicht geringe Kosten erfordert, mich dahin beworben, dass der Cursus Historicus zu vollkommener Aussführung dess Wercks noch in mehreren Theilen fortgesetzt werde .....*“

Theatrum Europ. Abelini ergo nihil est nisi continuatio Chronici Historici eiusdem Godofredi, qui iam prius quam Chronicum continuaretur, Inventarium Sueciae scripserat; eaque continuatio edita ab eodem Meriano bibliopola, cuius sumptibus Chronicum illud editum est.

Jam putaveris ea, quae dixi, eo refutari, quod Inventarium alius bibliopolae sumptibus prodiit quam Chronicum Historicum, et quod gravius est, Theatrum Europaeum.

Belli tricennalis tempore Franckofurti ad Moenum inter alia bibliopolarum nomina Hulsii et Meriani florebant. Apud Hulsium („*Hulsius Erben*“; „*Friedr. Hulsius*“; „*Friedr. Hulsius Wittwe*“; „*Hulsius Erben*“) libri prodierunt annis 1618, 1619, 1620, 1621, 1623, 1631, 1632 (*Fr. Hulsius Wittwe*), 1633 (*Hulsius Erben; Fr. Hulsius*). Ab hoc anno nullum amplius opus Hulsii sumptibus editum est. Apud Merianum („*M. Merianum*“; „*M. Merianum jun.*“) libri prodierunt tempore belli tricennalis primum a. 1627, deinde ab anno 1631 continuo usque ad annum 1648 (ab a. 1643 sumptibus M. Meriani jun.), et tum saeculo XVIII. Cum igitur ab anno 1633 Hulsii nomen a nundinarum catalogis („*Messkatalogen*“) absit, sed eiusdem auctoris, cuius scripta ante annum 1633 Hulsii sumptibus prodierant, post annum 1633 edita ex Meriani officina prodierint, facere non poteris quin tibi persuadeas Hulsii officinam ad Merianum transiisse.

Itaque sine dubio eo, quod Inventarium Sueciae alio loco quam Chronicum Historicum et Theatrum Europaeum prodiit, multo magis probatur

quam redarguitur opera illa ab eodem auctore scripta esse; certe diversos auctores fuisse inde minine colligi potest.

Jam Abelinum et Godofredum unius hominis nomina esse a viris doctis supra nominatis traditur. Id quod verum esse nullus dubito. Utrum nomen justum sit non liquet. Sed viri illi docti, Abelinum ficticie Godofredum se nuncupasse referunt.

Arlanibaeum ficticium esse, et quidem eundem significare auctorem atque Godofredum conscribendi componendique ratio, qua Inventarium et Arma Suecica utuntur, apparet ex supra dictis.

Ut Godofredus nihil est nisi ficticium nomen, ita Arlanibaeus noster non alius est atque Abelinus, auctor Theatri Europaei.

SENTENTIAE CONTROVERSAE.

I.

Historicus politicus esse debet.

II.

Historia universalis est historia idearum non rerum gestarum.

III.

Ottocar de Horneck continuatione Vindobonensi usus est.

IV.

Lungwitzii opus „der dreyfache schwedische Lorbeer Krantz“ nihil habet pretii.

V.

Gustavus Adolphus non a Francisco Alberto duce Saxo-Lauenburgensi interfectus est.

VI.

Imago tabulae aeris incisa, quae „Stregozzo“ nominatur, non est Marci Antoni.